



Compendium
Totius
Medicin
1583









+

Ἄτοπόν ἐστι τὸν τὰς τιμὰς διώκοντα φεύγειν τοὺς πόνους δι' ὧν αἱ τιμαί.

Absurdum honores spectantem fugere labores ex quib. honores.

Arist. 4. metwor. c. 6 & 7.

τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων αἴτια ἐστιν

Arist. 4. metwor. c. 6.

τὸ αὐτὸ τῶν αὐτῶν κατὰ ταὐτὸ οὐκ ἐστιν αἴτιον τῶν ἐναντίων.

Idem videm secundum idem non potest esse causa contrarij, ut Calor lactis generationis et fusionis non potest causa esse eadem ratione κατὰ ταὐτό.

Petrus Hemaus
Lindaviensis.

1 5 8 3

17 Weymmonats.

Matth. 10. Marc. 8. Luc. 9.

Wer mich bekennet vor ~~meinem Vatter~~ den menschen, den will Ich bekennen für meinem Vatter im Himmel. Wer mich aber verleugnet | Tybingen 4. b. für den menschen; den will Ich verleugnen für meinem Vatter im Himmel etc.

Nic. 200.

[illegible] vinum bibend. estu, bibendu olm sobr
[illegible] vivis, tum amplius de alio cogitabis [illegible].

Nic. 200.

Stup.

℞ herb. oxylap. trita, in vtroq. sinu imponat. gall. in aceto macerat. & exsiccat. terat in pollinem, & abluat. sinu, ac subinde inspergat desup. pollen.

Stuprat. ut virg. Re:

Nic. 200.

℞ ammoniac. inijce in lychnum, ... & ... ... : ac dum ... ... : & ubi dormierit, ... & confitebit. tibi. ... ... stuprat. ...

Euoco mensium & sterilitat. remedio.


Nic. 199.


℞ sem. satyrij ʒ iiij
mell. attici ʒ iiij
vesicul. fell. capr. q. humid. obtinet. misc.
Rs pessari... , subijce in sinu.

Defluuiu. pilorum spontaneum mulieri: barbatae.

Nic. 198.

℞ buphthalm: sylvest.
styrac. calam:
nitrum. Trita haec aqua irrigata exci... ac indue, et paulo post in balneo abluat. ingressa v. balneum in eo moretur. Ubi egredietur pilos ... ... , nec amplius crescunt.





Compendium TOTIVS MEDICINAE.

In quo de Complexionum arcanis indicijs, MORBORVM præcipuorum causis, prognosticis & signis, deq; FABRICA Receptorum, breuiter tractatur.

Ab Alfonso Morescotto, Ferdinandi I. Lusitaniæ regis archiatro celeberr. in vtilitatem filij sui Ornedi Morescotti collectum.

Cui Formulæ Remediorum Petri Gorræi Medici Parisiensis additæ sunt.



FRANCOFORTI,
Apud Christophorum Coruinum.

M. D. LXXXIII.



ALFONSVS MORESCOTTVS ORNEDO MORESCOTTO, FILIO SVO S. D.



RNEDE fili mi charissime, si quid opū tibi post mortem relinquam, est quod hoc ipsum, nō mihi tantùm, sed benigno Deo, qui dedit vtrique nostrum, id omne quicquid esse potest, acceptum feras. Potissimum autē, ac præcipuum, quod commendatum, hoc eodem nomine, tibi fore cupio, est virtutum & artium, præsertim Medicinæ, studium, in quo iam initiandus es. Quamobrē, è selectissimis placitis & experimentis Medicorum veterum, collegi, quæ poteris memoriæ iam recenti mandare, vt in medicum expertū euadas: & qui singula remedia, cognitis priùs facili

hac methodo præcipuorũ morborum caufis, ab indicijs, quæ tanquam in tabella depinxi, valeas ex tempore, mox & abſq; mora tuis patientibus adhibere. Hoc igitur opuſculum tibi ſemper adſit, velut promptuarium, ex quo valeas cuiq; morbo ſuum fabricare medicamentum, atq; receptum, à primis vſq; temporibus hactenus vſurpatum. Addidiſſem & doſes compoſitorum medicaminum, at quia pro varietate, cùm ęgrorum complexionum, tum ętatum & virium, contemperãdæ ſunt, omnia te docebit vſus, & experientia, cuius te diſcipulum præbeas oportet. Reliquum eſt, vt vnicum Deum apprimè colas, & proximum tuum ex ipſius præcepto, ſicuti teipſum diligas, ſi probus eſſe vis Medicus. Vale.

Typographus lectori.

CVm mihi oblatum esset breue hoc Alfonsi Morescotti Collectaneum, veteri charactere conscriptum, visum est, adhibito aliorum consilio, addere formulas quasdam remediorum, à Petro Gorræo Bituricẽsi, apud Parrhisios Medico celeberrimo, in vsum & gratiam discipulorum suorum conscriptas, quòd viderem plurimum illas adferre lucis his quæ præmisimus in hoc opusculo. Quare benigne & candide lector hos ce nostros labores æqui boniq́ consulere velis, precor. Si tibi gratos esse experiar, efficies, vt in posterum maiores in tui gratiam gnauiter suscipiamus. Vale.

DE COMPLEXIONVM IVDICIIS ARCANIS.

De membris hvmani corporis.

Membrorvm quædam ſunt ſimplicia, ex ſimilibus conſtantia partib⁹, vt ſanguis: alia ſunt compoſita & partium diſsimilium, vt manus atq; pedes. Organa ſunt animæ, per quę ſuarum virtutum actiones adimplet. Iuxta tres facultates, animalem, ſpiritualem & naturalem, ſunt etiam tria membra, ſcilicet animalia, vt cerebrum, nares, oculi, aures, & reliqua membra ſenſuum. Spiritualia ſunt, cor, &c. Naturalia, vt ſtomachus, hepar. Cor habet adhærentia membra ſibi duos folles, pulmonem, & arterias ante ſe, trahentia motu ſuo aërem in refrigerium cordis, noxiasq; fumoſitates pellentia. Membrorum naturalium etiã, hepar eſt principale, quia nutrimẽtum in ſanguinem decoquit ac digerit in totius corporis alimentum.

DE

De capite.

Ab hoc originē ducunt nerui omnes, in hoc eſt potiſsimum animæ habitaculum: vt in corde vitæ potiſsima ſedes.

Ex primo vel anteriori ventre cerebri, procedunt nerui ſenſuum quinque: & ex poſteriori ventre eius progreditur medulla deſcendens per ſpinā dorſi, vnde ſunt voluntarij motus.

Si virtus egrediens à capite, impeditur per corruptionem neruorum, tota corporis vnio & compago corrumpitur.

Caput eſt tanquam ædificij caminus in corpore, habens orificia 7. & fumoſitatum aut ſuperfluitatum emunctoria, correſpondentia planetis 7. vel ipſorum ſphæris. Diuiditur in tres cellulas, quarum anterior eſt imaginationis, poſterior memoriæ, & media eſt intellectus & rationis manſio: hæc de cerebro intelliguntur.

De cerebro.

Cerebrū tutatur duab. pelliculis ipsū circundātib. vicinior dicitur pia mater, diſtātior ē dura mater: in sūma, cerebrū gubernat oīa corporis mēbra, tribuens

ipſis motus, vnicuique ſuum, quo fit vt ipſo impedito, reliqua membra corporis impediantur. Lunæ cœli proprietates habet, cuius incremento vel defectu pariter afficitur, vt apparet in Lunaticis & epilepticis, qui magis afficiũtur plenilunij vel nouilunij tẽporibus, quã alijs.

Senſu caret, cùm tamẽ ſenſum tribuat alijs membris omnibus.

Sanguine caret, cùm tamen animale quoduis habens ſanguinem, habeat cerebrum, vel aliquid huic ſimile.

Frigidum eſt & humidum, cordi oppoſitum, quod calidum eſt & ſiccum, vt inter iſta ſit temperamentum tranſiens per meatus à corde tranſientes ad cerebrum, quos arterias vocãt, aut venas carentes ſanguine, formam habẽtes retiorũm, per quæ virtutes animæ transfunduntur in ſingula membra.

Primum eſt membrum in creatione poſt cor, vel ſecundum.

Si natura calidum eſt, hominem efficit moribus diligentem, inſtabilem, mutabilemq́ꝫ, audacem, & leuiter iracundum. Contrà, frigidum cerebrum contrarios parit effectus.

Humi-

Humidum, ſuos facit pigros, immemores, ſomnolentos. Cōtrà ſiccum, vigiles & memores.

Calidum & humidum ſimul exceſsiuè, capitis multas paſsiones generat: cerebro huic nocent calida & humida, vt ventus Meridionalis, cui Septentrionalis prodeſt: ſomnolētos efficit, & qui vigilare longo tempore non poſſunt. Paſsioni Subeth, id eſt, falſæ requiei ſubiectos, oculos & ſenſus turbatos.

Calidum & ſiccū exceſsiuè, omnium prauiſsimas paſsiones capitis generat: ſenſus tamen puros, & nimium vigiles facit homines, nimisq; audaces, inconſtantes, & caluos.

Frigidum & ſiccum exceſsiuè, ſenſus habet puros & meatus, in iuuentute nullas paſsiones capitis, in ætate prouectiore facilè ęgrotant, & citò caneſcunt, pręſertim ſi præualeat ſiccitas, alioquin dominante frigiditate, nō caneſcunt, item citò ſeneſcunt.

Frigidum & humidum exceſsiuè, profundos ſomnos efficit, prauos ſenſus, & dominante frigore paralyſin generat, apoplexiam aut mortem, quæ diſpoſi-

tio maximè contingit non caluis.

Tres ſunt partes capitis exteriores, caluaria prior, ſiccior pars: ſecunda & media, fons capitis, pars calidior: tertia poſterior & occipitium, pars humidior.

DE OCVLIS.

Oculus conſtat ex tribus humoribus, & 7. panniculis: primus humor dicitur albus, ſecundus cryſtallinus, tertius vitreus. Panniculus primus dicitur araneus, ſecundus dicitur botrinus niger, tertius corneus, quartus cõiunctiuus, quintus reticularis, ſextus ſecundinus, ſeptimus durus panniculus.

Oculus nimiùm eminens, diſcretionem turbatam indicat.

Nimiùm profundè ſitus, naturæ defectum notat, & virtutis.

Citò nimiùm motus oculus, frigiditatem nimiam ſignificat, animi inconſtantiam, & cogitationum.

Tardè nimium motus, frigiditatem & obſcuritatem arguit, ac audacem animum.

Oculus niger, humoris copiam indicat in ipſo, & ſpiritus penuriam.

Oculus

Oculus albus, paucum humorem, & ſpiritum paucum arguit.

Ocul⁹ medij coloris inter dictos, temperiem indicat amborum.

Niger, melius videt interdiu quàm noctu.

Albus aut cœruleus, cõtrà melius noctu quàm interdiu videt. Cauſa eſt, quia lux diei, alba cum albo propter ſimilitudinem confunditur, & nigra cum oculo aut viſu nigro.

Prunella, eſt orbis medius in oculo, tanquam centrum eius, quem circũdat niger circulus latus, & hunc adhuc alius, etiam latus & albus. Tribus ante mortẽ diebus, fertur à Phyſicis, moribundos prunellam in oculo non habere.

Impreſsiones intrinſecus recipit à ſpiritu vitæ exiſtente in cerebro, & extrinſecus à luce, quas animę poſtmodum iudicio repræſentat.

Lineæ rerum viſibilium, rectæ vel reflexæ, concurrunt in angulum & in oculi centrum, ſub quo hic videt omnia ſibi obiecta.

Supercilia conditiones hominum palàm faciunt in oculis.

Recta tanquam linea, leuem arguunt animum, & malarum cogitationum, vti fœmina.

Si depressa sint, inuidiam.

Eleuata erectaq́ue ac spissa, magnum animum.

Pauca & longa, timiditatem.

Spissa & longa, excessiuos humores.

Rara in carne & pauca, duritiem intellectus, & frigiditatem in membris principalioribus.

Nulla, corruptionem sanguinis, vt in leprosis apparet, ac in ethicis, in quibus humor deficit naturalis, item in eunuchis, quibus meatus humorum obstruuntur.

Crescunt supra modum in senectute, vt etiam impediant visum.

De fronte.

Frons patefacit affectiones animę, lętas vel tristes. Sedes est honoris vel verecũdiæ, cùm sit vicina imaginatiuæ virtuti, res lætas vel tristes in iudicium adferenti rationis, quod in fronte relucet.

Locus est defensionis omniũ neruorum descendẽtium à cerebro in formationem

tionem ſenſuum, quibus indiget ratio pro ſuo iudicio exercendo.

Frons non caret ſuis arcanis iudicijs etiam, vt ſi

Magna, grauitatem arguit in ſtultitiam inclinantem.

Parua & mediocris, bonum intellectum.

Eleuata & nimiùm rotunda, choleræ notat exceſſum, & furoris, diſponitur plærunque affectionibus phreneticis, maniacis, & ſimilibus.

Carnoſa, corruptionem arguit in extenſione pellis, vt in leproſis apparet.

Macra nimiùm & rugoſa, defectum cerebri notat, humorumq́ꝫ, vt in ſenibus & morbo conſumptis.

Tempora, ſomnorum ſedes exiſtunt.

Auriculæ magnæ, nimium arguunt hebetem intellectum, & ſtulticiam, præſertim cum alijs ſignis.

Naſi nimia eleuatio, vel nimia latitudo crudelitatem animi denotat, indignationemq́ꝫ.

In morbis acutis peſsimum eſt ſignũ acuitas naſi, per accidens, quod fit ideo, quia calor naturalis ob ſuã debilitatem

peruenire non poteſt, neq; extendi in extremas partes corporis: ſignum eſt igitur mortis, & maximè accedēte profundatione oculorum.

GENARVM SIGNA SVNT:

Rubedo cum albedine temperata, nō nimia, cum pinguedine, vel carnoſitate, calidam & humidam complexionē arguunt, optimamq; temperaturam.

Albedo carens rubedine, item craſsities & mollities, frigiditatem & humiditatem ſuperfluam.

Flauedo cum macilentia ſubſtantiæ, exceſsiuam frigiditatem & ſiccitatem, vt in melancholicis apparet.

BARBAE SIGNA HAEC SVNT:

Criſpitudo pilorum eius, arguit humorum calidorum & ſiccorum fumoſitates, ob calorem ſurſum, natura ſua ignea, tendentē, & ſiccitatem, natura terrea, deorſum.

Pilus in ea longus & lenis, humorum humidam fumoſitatem.

In ſenectute caneſcit ob defectum caloris, & abundantiam frigoris,

Caſus

Casus ipsorum, est vt foliorum arborum, ob defectum humorũ calidorum &pinguium:& aliquando ob corruptionem, vt in leprosis affectionibus.

LABIORVM SIGNA.

Tremor ipsorum in acutis morbis,& in phrenesi, mortis est indicium.

DENTIVM SIGNA.

Multitudo, strictaq; compago in animalibus, vitam longam notant, & econtrà, breuem.

Dentes cito crescunt infantibus, qui calidum lac sugunt.

Dentes, vt ossa, non sentiunt, nisi propter neruum adhęrentem ipsorum radicibus.

LINGVAE SIGNA.

Rubedo cum inflatione, excessiuum calorem arguit.

Albedo, frigiditatem.

Mollities, humores.

Siccitas aspera, siccitatem.

Sanitas in ea, cum impedimento loquelę, cerebri defectũ notat, vel oppilationem in neruis sensuum.

Balbuties in ea, notat ſuperfluitatem humorum in cerebro, vel in ipſamet lingua, vel in ambobus, vnde nonnulli aliquas literas pronunciare nequeūt, vt r, &c. Hinc fit vt balbutientes, procliues ſint ad fluxum vētris, quia nimĳs abundant humoribus ſuperfluis, deſcendentibus à cerebro in ſtomachum, quæ cauſa fluxus eſt ventris.

Craſsities linguæ, vocem reddit craſsiorem: tenuitas, exiliorem ac ſubtilem.

Lingua aſpidis viua, mortifera, ſeparata à ſuo corpore, venenis reſiſtit ac prodit, nam ipſis pręſentib. ſudare perhibetur, vnde habetur pro theſauro.

SALIVAE SIGNA.

Iunioris hominis eſt nociua plurimū, vt ſit venenis venenum mortiferū, ob nimium calorem, non ita de prouectioris ætatis ſaliuis, quæ ob temperantiam, in multis cutis affectionibus, maximum ſunt medicamen.

Saliua differt à ſputo, quòd illa ſit naturalis quædam ſuperfluitas in pectore nata, & digeſta ex naturalibus nutrimentis: hoc verò diuerſimodè oritur in pectore,

ctore, nonnunquã sine digestione. Quapropter leuis egestio sputi, sine tussi vel difficultate, virtutis vigorem notat in infirmis.

In saliua tria consideranda, color, odor, & sapor.

Cœruleus notat cordis læsionem, & membrorum spiritualium.

Sanguinolentus, pulmonis apostemata notat, & in saliuis fœtor vtriusq; corruptionem internam.

Amaritudo, corruptionem in stomacho significat, vel in pulmone, vel in substantia linguæ.

Abundantia saliuæ & sputi, notat phlegmatis superfluitatem.

Colli signa.

Collum nimis crassum, sub proportionato capite, leuem complexionem arguit.

Paruũ sub magno capite, materiã superfluam notat, formæq; defectum: caput eiusmodi sępissimè laborat cephalica, & aurium affectionibus.

Brachiorum signa.

In acutis morbis, si detegat æger illa,

huc & illuc iactando, mortis est indiciũ.
Physicorum aliquorum est sententia, si dolet alterum latus, ex opposito phlebotomandũ esse brachium: ni fortè materia esset nimiùm venenosa, ne venenum attractum, per cor trãsitum faciat.
Manuum chiragrę causa, pedumq́ podagrę, sunt humores crassi, crudíque, in iuncturis accumulati, vnde surgunt in digitis nodi duri, quos tophos vocant.

VNGVIVM SIGNA.

Vngues producuntur ex fumositatibus è corde prouenientibus, quapropter calore deficiẽte cordis, pallescũt vngues.

LATERVM SIGNA.

Latus lęuũ, grauiùs onus gestat dextro, vnde lęuum à leuando dictum: causa est, quia ab eo latere cor moratur, in quo fortitudinis vitæ fons delitescit. Laterum apostema pleuresis dictum, oritur (vt nonnulli putãt) ex fluxu crassiorum humorum, vel ex collectione crassiorum neruorum & venarum in vno laterum.
Signa sunt eius, maximus dolor in la-

teribus

teribus & coſtis, cum tuſsi & febri acuta.

Si ſputat ſanguinem, cauſatur apoſtema hoc à ſanguine.

Si flauũ ſit ſputũ, cauſatur ex cholera.

Si album, ex phlegmate.

Si cœruleum aut nigrum (vt rarò contingit) ex melancholia.

Si patiens febres acutas, quieſcat in latere, bonum ſignum eſt, præſertim in dextro, denotat nullum in laterib. apoſtema deliteſcere.

VBERVM SIGNA.

Prægnantis gemello fœtu, ſi dextra mamilla flacceſcat, ſignum eſt abortus maſculi: ſi ſiniſtra, fœminę periculum: ſi vtraq; vtriuſq;.

Multum lactis exuberãtis, eſt ſignum in prægnante debilitatis fœtus.

Vberum durities, fœtus bonam valetudinem indicat, contrà mollities & exilitas, abortus.

Siniſtra mamilla maior altera, maſculum fœtum: ſiniſtra maior, fœmineum indicat, facto iudicio, poſtquam mouetur in vtero, nec priùs.

PVLMONIS ET CORDIS SIGNA.

Pulmo ſituatur inter gulam & cor,&
per ipſum tranſit aër priuſquam ad cor
veniat, ne hoc aëris lædatur frigiditate
immediata. Organum eſt vocis & reſpi-
rationis,per viam pulmonis dictam ſub
uvula gulæ Eiꝰ ægritudines ferè omnes
ex oppilatione pororũ oriuntur, & curę
per deoppilationem.

Cor eſt pulmoni proximum inter
duos folles,eius caput acutum vergit ad
ſiniſtrã partem corporis,quo fit, vt pul-
ſus in ſiniſtro brachio vehementior ſit,
quàm in dextro.

Cor habet duas cauitates, vnam ad
dextram, alteram ad ſiniſtram, & ven-
triculi cordis dicuntur. Inter duos iſtos
ventriculos patet foramen paruũ quod
vena caua nominatur, ampla circa dex-
tram partem, arctior circa ſiniſtram, vt
ſubtiliùs præparetur & generetur ſan-
guis, qui magis in dextro hoc abundat
latere cauo cordis,quàm in ſiniſtro: con
trà habetur in ſiniſtro minùs ſanguinis,
& plus ſpiritus vitæ, quàm in cauo dex-
tro cordis,in quo generatur,& inde ſpar
gitur

gitur in ſingula mẽbra totius corporis, per venas & arterias.

Siniſtra pars corporis, habet duplex nutrimẽtum, vnum inter arterias & venas deferentes ſanguinem cordis ad pulmonem: alterum eſt foramẽ ex quo magna prominet arteria, & forma reliquarum arteriarum corporis, vnde generantur pulſus, præſertim in ſiniſtra parte.

Dextra pars cordis habet etiã duo foramina, vnum eſt in vena caua, quæ defert ſanguinem ex hepate, vſque in dextrum cordis ventriculum. Ex altero foramine progreditur vena nutriens pulmonem Hæc foramina cordis cooperta ſunt & munita duabus pelliculis paruis, aperientibus & claudentibus, quando ſanguis & ſpiritus de corde exeũt, ne relabantur retrorſum ad cor.

In vtroq; ventriculo cordis, habetur particula quædam ad ſimilitudinem auriculæ, in qua radicatæ ſunt venæ & arteriæ corporis.

Habet cor per latum oſſa tenella, & inuoluitur panniculo affixo pãniculis thoracis: non vſque adeò affigitur cordi, ne motum eius impediat, vitamq;.

Cor hominis & fœminæ vergit in sinistram partem, in reliquis animantib. medium poſsidet ſitum.

Sanguis in corde, eſt abſque venis, tanquam in fonte aqua prima: non ita in alijs membris, in quibus per venas.

Cerebrum, vt cordis temperamentũ, ſtatim poſt cor generatur, quod primũ eſt viuens, & poſtremum moriens.

Cordis signa pvlsvsq.

Pulſus debilis & paruus, cum halitu paruo, cordis paruam arguit virtutem.

Pulſus mollis & lentus, frigiditatem & humíditatem eius, debilitatem atque timiditatem.

Pulſus aſper ac durus frigiditatem & ſiccitatem.

Pectoris signa.

Piloſum pectus, validã diſpoſitionem cordis, & econtrà.

Anhelitvs signa.

Breuis & frequens, ſignum eſt humorum extraneorum ipſum ſuffocare conantium, præſertim, ſi cum calore ſitis inuadat.

Breuis

Breuis anhelitus cum oris ſiccitate, ſignũ eſt mortis, maximè in febri acuta.

STOMACHI SIGNA.

Sitis ordinaria, multus potus, abſq; refrigerio, poſt quem fit ſonitus in ventre per commotionem ſtomachi, ſiccitatem notat, eiuſmodi ſtomachus appetit cibos ſiccos.

Appetitus ciborum humidorum, humiditatem ſtomachi denotat, eſtq; paruæ digeſtionis.

Appetentia ciborum craſsiorum magis quàm delicatorum, caliditatem ſtomachi notat, habetq; plus digeſtionis, quàm appetitus, calidos cibos ſibi ſimiles appetit, famemq; non bene patitur.

Mala digeſtio, frigiditatem notat ſtomachi, ſimiliter appetitus frigidorum delicatorum, non craſſorum: quę poſteriora ſi recipiat, conuertit in humores calidos & corruptos.

DE HEPATE.

Hepar eſt membrum calidum & canum intrinſecus, lubricum, & ſitum ad latus dextrum animantis, ſupra ſtoma-

chum ad iuuandam eius digeſtionem primam, calore ſuo vehementi attrahit humorem ad ſe nutrimenti, & conuertit in ſanguinem rubeum.

Hepar habet in nonnullis tres partes, in aliјs quatuor, & ad ſummum quinq;: in iſtas deriuat à cauitate lata hepatis vena quędam, porta dicta, in quinq; minores diuiſa, quæ dictas quinq; partes ſubintrant.

Attracto ſucco primæ digeſtionis è ventriculo, ſecundam facit hepar digeſtionem, conuertendo hãc materiam in quatuor partes. Quod humidum eſt & calidum, in ſanguinem per venas diſtribuitur: quod calidum & ſiccum, in choleram verſum à felle recipitur: quod frigidum & ſiccum, in melãcholiam factũ à liene receptum eſt: frigidum verò humidumq́; aqua plenum, vt phlegma, recipitur in pulmonẽ, tãquam in propriũ hoſpitium.

Separat itaque purum ab impuro, cauſam quoque mouet luxuriæ. Nonnunquam exceſsiuo calore pori aperiuntur eius, per quos calor exhalat, virtusq́; debilitatur, aliquando frigore impeditur,

vt

vt non poſsit in ſanguinem vertere ſuccum attractum, vnde nonnunquam generatur hydropiſis, quæ dicitur ſecundum aliquos error virtutis digeſtiuæ in cõcauitate hepatis, quo ſanguis corrumpitur, qui nutriendo corpus pariter intumeſcere facit.

Signa caloris hepatis, cùm venæ non collidentes diſtenduntur: contrà venæ ſtrictæ, ob ſanguinis penuriam, frigiditatem & ſiccitatem eius arguunt.

Venarum plenitudo & mollities, humiditatem notat hepatis.

De felle.

Fel eſt membrum in forma burſulæ, calidum & ſiccum, ſitum in concauitate hepatis, quod recipit flauam bilem, aut choleram à repurgatione ſanguinis.

Signa corruptionis fellis:

Infectio corporis tabida, cum ſiti maxima, oris amarulentia, dolor in fronte, aurium tinnitus, vrinæ flauedo & ſpumæ eiuſdẽ, vomitio flauæ materiæ, &c. Ex oppilatione fellis oriuntur multæ ægritudines, plures ex eius redundantia, tum vnà cum ſanguine diſtenditur ad

ſingula membra, vnde ſunt arſuræ ſtomachi, faciei flauedo, ſiccitas oris cum amarore, necnon albedo vrinæ.

De splene vel liene.

Ridemus ſplene vel liene, corde cognoſcimus & ſcimus, cerebro ſentimus, amamus hepate, &c.

Siniſtrum latus occupat lien, & melancholiam recipit.

Si augetur, macreſcit corpus.

Si minuitur, pingueſcit.

De intestinis.

Inteſtina ſunt in 6. partes conſideranda. Primum inteſtinum dicitur duodenum à ſua longitudine, ſcilicet 12. pollicum, ſubtilius eſt, & rectum, nulla parte reflexum. Secūdum dicitur ieiunum, quia ſemper vacuum eſt cibis. Tertium dicitur ſubtile, hoc nunquam eſt vacuū. Iſta ſunt inteſtina ſubtiliora.

Craſsiorum primum dicitur Orebon, in forma ſacci, vnius orificij.

Secundum craſſorum dicitur ileon, & eſt ſub ſacco, & à dextro latere tēdit ad ſiniſtrum, vnde naſcitur iliaca paſsio.

Tertium inteſtinorum craſſorum dicitur

citur colon, vnde colica paſsio per eius oppilationem oritur. Hoc iungitur poſtremo inteſtino craſſo prope culum.

DE RENIBVS.

Renes ſunt vaſa bina luxuriæ, quorum locus lumbi ſunt in inferiore parte dorſi: naturæ inſeruiunt ad excipiēdam aquam ab hepate ſeparatam à ſanguine, & ad veſicam demittendo, & generandum ſemen generationis.

Veſica, ſi recipiat in ſe aliquas ſuperfluitates ſiccas, inde cauſatur arenula veſicæ, vel calculus.

DE VRINA.

Vrina ſumit originem in hepate, & in renibus accipit ſubſtantiam & colorem.

Vrinæ reſidentiam nonnulli vocant hypoſtaſim.

Reſidentia vrinæ in fundo alba benè collecta, ſine diuiſione, ſignum eſt fortis virtutis, & naturalis virtutis adimpletæ in membris.

Per mediam vrinæ regionem, indicatur media regio corporum, vti cordis & circumadiacentium.

Quo in loco bene colorata vrina, nō

cœrulea, non plena obſcuris nubibus, ſignum eſt ſpiritualia membra eſſe bene diſpoſita.

Suprema regione, capitis diſpoſitiones indicantur & cerebri.

Nam circulus non vſq; adeò craſſus, non rubeus, non cœruleus, non viridis, non plenus granulis, ſed temperatus in ſubſtantia, bonam dictarum partiũ diſpoſitionem arguit.

Subſtantia & color vrinæ.

Tenuis ſubſtantia, ſignum dat humorum ſiccorum.

Spiſſa, humidorum dominantium.

Mediocriter ſpiſſa tenuiſq;, bona.

Vrina alba, frigiditatem notat.

Rubea, calorem.

Aurea, bonam temperantiam.

Nigra viridiſq;, virtutis mortificationem, ſimiliter cœrulea, ob frigus.

Lactea, paruam digeſtionem.

Pallida, inchoatam & non perfectam.

Glauca, perfectam.

DE MATRICE.

Matricis mola cauſatur, dũm mulier conce-

conceptionis tempore timore concutitur.

De medvlla.

Medulla in osſibus generatur ex ſuperfluitate puriore cerebri, quæ per nucam & ſpinam dorſi deſcendit, naturam habet animę, & eſt anima osſium: creſcit creſcente luna, minuente minuitur etiam: exudat ex osſibus in ſubtili ſudore, qui ad renes tranſit, in quibus luxuriam excitat.

Medicinalis eſt, pręſertim auium & animalium ſylueſtrium, ad excoriationē labiorum orisq́; crepaturas, aurium dolores, glandes, durum guttur, fauciúmque affectus, phthiſin, etheſiam: humores deficientes ſua mumia reſtituit.

De nervis.

Neruorum origo & fundamētum eſt cerebrū, & quod eſt ex cerebro, & eſt fōs & initium voluntarij motus omnium ſenſuum. Nerui qui proueniunt ex cerebro, molliores exiſtunt neruis prouenientibus ex eo quod progreditur ex cerebro, ſcilicet ex medulla qui duriores sūt, iſti ſunt medium, per quod illi vires ac-

quirunt per connexionem, ne fortè ob nimiam longitudinem absque sustentaculo deficiant.

Sextuplices nerui progrediuntur ex cerebro, primi tenduntur ad oculos aliaq; sensuum aliorum instrumēta, quibus deferunt sensum atq; motum, cauiores sunt aliis, vt spirituum plus cōtineant, maioresque, ne ob cauitatē disrumpantur, & molliores prope cerebrum, at semper duriores fiunt, quo magis ab eo recedunt, sic de cæteris.

Nerui per latum secti, non coniunguntur amplius, venæ bene.

De venis et arteriis.

Venæ suam originē ducunt ex hepate, arteriæ ex corde, & nerui ex cerebro.

Venæ sanguinem deferunt, arteriæ spiritus vnà cum sanguine. Duplices ergo venæ, simplices & arteriales.

Arteriæ semper mouentur, quare venis duriores, ne continuò rumpantur motu: progrediuntur ex sinistro latere cordis, vnde duæ assurgunt, & vna intrat in pulmonem, & inde diuiditur in varias partes.

Altera egrediens è corde bipertita eſt, vna pars ſurſum tendit ad cerebrum, altera deorſum ad inferiores partes, vt vtrobique ſpiritus vitales deferantur ex corde. Vena ſecta per latum iterum coniungitur, non neruus.

De carne.

Caro hominis, eſt facta caro Dei, cùm Verbum Dei caro factum eſt, & habitat in nobis, cùm infima ſuprema facta eſt, cùm eam ſuſcepit Dei Verbum.

Caro hominis triplex, mollis, neruoſa dura, & glanduloſa, vt mamillarum & ſub lingua, quę poſtrema ſaliuã generat.

Carnis indicia.

Multa inter oculos, multam arguit malitiam, prauóſque mores.

Senſitiua virtus in carne, prouenit ei per neruum in ipſa exiſtentem, vt apparet in paralyticis, quibus nerui deficiunt in ſenſu: caro truncata non ſentit, quia receſsit à trũco ſuorum neruorum, qui mortui ſunt vt ipſa.

De pingvedine.

Pinguedo, vel adeps, eſt ſanguis pin-

guis,qui frigore cõgelatur,& ſuo humore neruos natura ſiccos temperat atque pelles: fit ex non bene digeſto ſanguine, ſiquidem quò magis augeſcit pinguedo, hoc magis deficit ſanguis.

Calore laboreq; minuitur.

Peior eſt obeſorum hominum diſpoſitio,quàm macilẽtorum,ob nimias oppilationes meatuũ à pinguidine factas, quò fit,vt illa corpora multis obnoxia ſint paſsionibus,ac diuturnis morbis.

Obeſæ mulieres ſteriles, ob pelliculã orbum dictam,plenam pinguedine,quę matricis viam obſtruit ſemini virili.

De pelle.

Pellis in facie mollior eſt, quàm in reliquis membris,& in manu:poroſa ad euacuandos humores intercutaneos, alióſque per ſudorem.

De pilis.

Pili vel capilli naſcuntur ex craſsis, calidis & ſiccis fumoſitatibus humorum ſimilium,quæ ſi corrumpantur aliȷs aduenientibus & corruptis humoribus, naſcitur morbus,alopecia dictus, & fluxus capillorum. De hoc morbo & aliȷs in capite

capite prouenientibus, ac alibi in corpore, dicetur infrà, postquã de singulorum morborum signis, cognitionumq́ iudicijs dixerimus: quæ faciũt in maximam vtilitatem initiãdorum medicinæ, tum etiam ad memoriam eorum, qui iam imbuti sunt artis practica. Nemo sanè angelicam habet memoriam. Quare, summa breuitate multa sub genere quodam complecti hîc videbuntur. Iam ad morbos veniendum est.

DE MORBORVM CAVSIS, signis, & indicijs.

TRia accidunt homini, scilicet, causa morborum, effectus, & accidentia post morbos.

Causa est vel ex nimia repletione, vel nimia vacuitate, vel ex defectu virtutis naturalis.

Morbus est mala dispositio corporis, vt febris vel apostema.

Accidens, est debilitas ex morbo reliqua.

Ex mala dispositione corporis, oriun-

tur oculorum,& rerum paſsiones.

Item ex mala diſpoſitione naturalis virtutis, ſæpè naſcuntur populares generalesq́ morbi, vt lepra ſimilesq́.

In genere morbus omnis eſt, aut humoralis per corruptionem humorum, aut officialis per oppilationem & impedimentum officiorum in membris, aut eſt generalis, per corruptionẽ totius naturæ corporis, internæ & externæ.

Dicamus de morbis quorum fit mentio in ſacris ſcripturis, & primò capitis, de quo ſic apud Eſaiam prophetam legitur ca.1. Caput (inquit) omne languidũ.

Cauſa morbi capitis, eſt aut externa, vel interna.

Externa, vel per percuſsionem, aut frigus, vel per calorem exceſsiuum.

Interna, eſt vicina, vel remota, id eſt, ex ipſomet capite, vel ex ſtomacho, propter corruptionẽ humorũ in eo exiſtẽtium.

Capitis regiones quatuor ſunt.
In fronte ſanguis regnat.
In dextra parte, cholera.
In ſiniſtra, melancholia.
In poſteriore, phlegma.

Signa paſsionum capitis ſunt.

Si dolor eius tẽperatus eſt, ſæpiùs ceſſans, ac ſæpiùs rediens, ſignum eſt ex ſtomacho prodire.

Si continuus & nõ interruptus ſit dolor, ſignum eſt corruptionis humorum in ipſomet capite iuxta dictas regiones.

Calor frontis maximus cum eius dolore, rubedo oculorum, venæ faciei repletæ, corruptionem ſanguinis arguunt in capite.

Calor intenſus in naribus, linguæ ſiccitas, ſitis maxima, ſomni defectus, maior dolor in latere dextro, ſi flaueſcãt oculi, facieſq́ꝫ, os amarum, &c. ſignum eſt corrupti humoris cholerici.

Grauedo corporis, membrorum, frigus, nulla requies, cœrulea facies, oculorum profundatio, oris ſapor acidus & malus, cum dolore ſiniſtri lateris capitis, melancholię corruptionem denotãt.

Dolor intenſiſsimus, præſertim in occipitio, multa ſpurcities per os eiecta, per nares, & quandoqꝫ per oculos, faciei pallor, ſpiritus retractio, oculorum obſcuratio, nullus in ore ſapor, ſignũ eſt phlegmaticæ corruptionis.

Paſsiones capitis ſunt: Hemicrania,

mellitea tinea, tinea vera, alopecia, lentiginosa,&c.

Si caput per se dolet ex causis præallegatis,& præsertim ob sanguinis in eo corruptionem: laxāda vena capitis in brachio, & corpus euacuandum conuenientibus laxatiuis.

Si cognoscatur dolor ex stomacho prouenisse, prouocādus est vomitus, vel expurgandus, vt suprà, & laxatiuis corpus euacuandum.

Post purgationem, caput & pedes atq; manus lauanda sunt aqua tepida, fortiter perfricando, quò aperiantur pori in exitum humorum.

Si dolor capitis sit in occipitio, aperiēda est larga vena in fronte, iuxta nonnullos, vel fit infrà phlebotomia ad pedes, ad trahendum humores deorsum, causantes dolores.

Dolore existēte in anteriori parte, procurandus est fluxus sanguinis è naribus.

Si in dextro latere, frigidis est temperandus, vngendo nares, tempora venásque pulsatiles, aqua rosarum, & lacte mulieris lactātis masculum, somnusq; conciliandus. Contrà in sinistro calidis vtendum

tendum vt ſuprà.

Doloris exiſtẽte cauſa materia frigida glutinoſa in orificio ſtomachi, digerenda eſt, & poſtea vomitionibus prouocatis euacuanda.

Materia exiſtente in fundo ſtomachi, trahenda venit medicamẽtis, & vnguentis mediocriter calidis, & regimine temperatè calido.

Si dolor capitis non cauſatur ex humorum vitijs, ſed per exceſſum qualitatis, vti frigoris vel caloris, opus non eſt purgationibus, ſed ſolis contrariorum adhibitionibus.

Si ſit ex nimia repletione vino facta, prodeſt haurire bonam quantitatem aquæ calidæ ad euomendum, &c.

De rhevmate capitis.

Scribitur cap. 5. libri Iudith, calorem ſuperueniſſe ſuper caput Manaſſes, quo mortu⁹ eſt. Cauſa mortis eius fuit Rheuma, prouenienſ ab exceſsiuo calore, qui effecit, vt humores deſcenderent ex cerebro ſupra cor, &c.

Necdum ex calore aëris liquefaciente humores cerebri, ſed etiã ex frigore illos

reſtringente, fit oppilatio.

Quandoq; per abundantiam humorum ad cerebrum aſcendentium, fit defluxio propter exceſſum victus. Aliquando ob liquidam ſubſtantiam, & nonnunquam ob debilitatẽ virtutis capitis nequientis ſuos retinere humores.

Signa ſunt:

Repletio corporis, inflatio faciei, tumor oculorum prominentiũ, fluor maximus ſordium per nares & per os, cum grauedine corporis. Rheuma hoc prouenit ex humorum abundantia nimia.

Faciei calor & rubor, atque venarum & præcipuè circa oculos, lachrymæ exeuntes calidæ ſunt, atq; mordicantes cutem ſuper quam defluunt. Rheuma hoc cauſatur per calorem.

Fluor multus ſordium clariorum, colantium & non glutinoſarum, ex humoribus liquoroſis oritur.

Rheuma repletionis euacuatione curatur, & reſtrictione humoris defluẽtis, maximè ſi fluat verſus membra ſpiritualia.

Rheuma caloris, frigidis eſt reſtringendum,

dum, vt fumo rosarum in aqua cœlesti coctarum per nares accepto, & postea admotis ad nares rosis.

Rheuma fluoris humidi frigidiq́; calidis curandum erit, per restrictioné humorum, vti thure olibano, styrace, castoreo, &c.

Notandum interea, non adhibendum in istis remedium, donec rheuma peruenerit ad suum gradum maturationis & fluoris, alioquin periculosum est retundere, priusquã naturaliter erumpat naturæ proprius conatus, qui reprimi non debet.

Item aqua nulla capiti est admouenda, nisi rosarum & salicis, idq́; in calida causa.

PHRENESIS SIGNA ET REMEDIA.

Capitulo 18. Deuteronomij dicitur, Deum percutere aliquos mania vel phrenesi.

Est apostema natum inter membranas cerebri, tollens somnum & intellectum.

Duabus de causis, interna & externa, accidit, ex cholera rubea, quæ sua natura

calida magis calefit & accenditur, febrili calore acceſſorio, vt in ſublimationem acta, ſurſum eleuetur è capite ad cerebrum, in cuius membranis generat apoſtema.

Aliquãdo prouenit ab externis, vt fumoſitatibus è corpore ſurſum ad cerebrum latis, ac ipſum turbantibus, & dicitur paraphreneſis, non vera phreneſis, ſed minus periculoſa.

Hic morbus potiſsimùm accidit æſtate, præſertim ijs, qui complexione calida ſunt & ſicca.

Paraphreneſis generatur ex apoſtemate ſtomachi vel matricis. Iſta phreneſis curatur curatione membrorum apoſtemate læſorum, vt ſuprà.

Signa phreneſis ſunt:

Color vrinæ malus durante febre, ſtultiloquium, vigiliæ continuæ, oculorum frequens motus cum maxima patentia, iectigatio manuum inſolita, capitis motus, ſtrictio dentium ſtridorq́ue, ſæpiùs è lecto ſurgere, modò ridere, modò flere, mordereq́ue aſtantes velle, reſpicientes, & curare cupientes, multiloquium cum

cum clamore maximo: peſsimè laborāt ipſis in ſcijs.

Citò ſuccurrendum eſt:

Radatur in primis caput, & lauetur aceto tepido, teneatur patiens in obſcuro loco, ne varia parietum ſimulacra contempletur, quæ paſsionem adaugere poſſunt: aſtantes parum alloquantur ipſum, nec reſpõdeant vanis locutionib. eius. Tandem, ſi patiatur ætas, laxetur ei vena in medio frontis, vt tãtum ſanguinis profluat, quãtum oui cortex medius capit, alioquin è vena capitis ante oĩa. Digeratur materia, & extinguatur cholera. Curandum præ cæteris, vt ſomniferis inducatur ſomnus. Sæpiùs applicandus eſt eius capiti pulmo porci, vel ouis, vngẽda tempora ſæpiùs ſucco lactucę, & papaueris. His adminiſtratis omnibus, ſi perſeueret adhuc tribus diebus in phreneſi abſque ſomno, & vrinæ perſeuerent in malo colore, de ſalute vix ſperandum eſt: Contrà ſi colores vrinę meliores fiant, & ſenſus perturbati ceſſent, aliquo mòdo ſperabitur.

Accidentia phreneſis ſunt, magna ſitis, linguæ ſiccitas, nigredo & aſperitas,

angustia, spirituum defectus, naturalis coloris mutatio, vt si ex sanguine causa sit, rubeus, si ex cholera, flauus.

De mania vel dementia et melancholia.

Mania siue amentia, est infectio anterioris cellulæ cerebri, tollens imaginationem.

Melancholia verò, est infectio cellulæ mediæ cerebri, rationem tollens.

Diuersis rationibus eueniunt, vt aliquando generantur ex cibis melancholicis, aliquando ex sumptione nimia vinorum humores adurentiũ in formam cinerum: quandoq; propter animi passiones, sollicitudines magnas, tristitiam & mœrorem, obq; studium nimium, per pauorem, terrorem, & morsum rabidi canis, vel animantis venenosi, per dispositionem aëris, & aliquando per humorem corporis ad eam dispositum, & dominantem.

Signa diuersa sunt.

Aliqui semper clamant, percutiunt ac lædere conantur alios, tenebras quęrũt.

Reme-

Remedia ſunt:

Poſt ligationes tangantur omnis generis inſtrumenta muſica: Et ſi purgationes non proſint, ad chirurgica medicamina recurrendum eſt.

DE STVPORE ET LETHARGIA.

Cap. 28 Deuteronomij ſcriptum habetur, Deum aliquando percutere homines cogitationum cæcitate quadam, vel ſtupore, vt anima non iudicet ea, quę videt, non magis quàm dormiens oculis clauſis, hic morbus apertis iudicio caret omni. Vti contigit Sodomitis, cùm non poſſent oſtium reperire, nec iudicare Lothi, vt 30. cap. Geneſeos dicitur, vltimo quoque libro Sapientiæ.

Duabus de cauſis euenire ſolet, vna, quando ratio perturbatur, vt nõ diſcernat ea, quæ facit: altera, per ſuperfluitatem humorum, qui conſtipant venas ſpirituum, vt non poſsint aſcendere ad cerebrum, vt ebrijs contingit, vel ob cerebri complexionem, vt in apoplecticis & lethargicis.

Dicitur eſſe apoſtema, generatũ in poſteriori cellula cerebri, eſtq; intenſiſsima

obliuio ſui & aliorum. Per ſe nunquam aduenit, ſed ob aliquam præcedentem ægritudinem.

Signa ſunt:

Vrina ſpiſſa turbataq́ꝫ, ac diſcolorata, oculi clauſi, ſomnus falſus, dum vocatur æger, nulla reſponſio, vel ſi quæ, ſaltem ſtulta, reſupina iacẽtia, pauca ſuper latus, manuum, pedum, & extremitatis naſi frigiditas.

Remedium.

Ponatur æger in loco valde claro, loquendo circa ipſum altis vocibus, trahendo ipſum per capillos & per barbam, ſæpiùs aquam frigidam aſpergendo in faciem, plantasq́ꝫ pedũ fricando ſæpiùs, fœtida naſo adhibendo, vti cornua hircorum vſta. Tandem adhibendo cliſtere, & ſternutatoria, radẽdo caput, & vngendo ac fricando, aſperis curando poros, vt ſinapi, &c. Si per eiuſmodi curam ſternutet, bonum ſignum eſt. Si verò ſomnus continuet, tremat æger, & brachia iectiget, dentes conſtringat, ſignum eſt mortis.

Nota, ſi ex phreneſi cadat æger in lethar-

thargiam, est signum mortis: econtrà ex lethargia in phrenesin, bonum signū est.

De vertigine.

Esaias cap. 29. ait, Deum nonnunquā permiscere spiritum aliquorū, cum consilio principum & magnatum.

Vertigo, est maxima corruptio visus, & spirituū sensibilium, qua tenebræ apparēt, & videntur quasi omnia inuerti.

Causatur ex abundantia humorum cum ventositate mixtorū, qui humores excitantur à vētositatibus, à corpore sursum ascendentibus.

Morbus hic solùm est in cerebro.

Signa.

Si patiens capitis grauedinem sentiat, aurium tinnitum, & è naribus magna fluat corruptio, non facilè curatur.

Si verò proueniat ex stomacho, patiēs patitur abominationem orificij stomachi, doloremq́ꝫ, tum sæpè cessat vertigo reditq́ꝫ, pro ascensu & remissione fumositatum.

Remedia sunt:

Per medicamenta purgantia, per leues

vomitiones, & ponendo tenendoq́ pedes in aqua. Cauendum à vino, & cibis ventositatem generantibus.

De vigiliis nimiis vel insomnia.

Vigiliæ nimiæ sunt ex nimio motu cerebri, eius siccitate, & intemperato calore choleræ rubeæ, vel nigræ, humorisque nimiùm salsi: Inde proueniunt angustiæ, mutationes coloris, graues cogitationes, sollicitudines, intellectus defectus, suspiciones absque causa, corporis siccitates, impedimenta digestionis, naturæ toties mutatio, palpebrarum & faciei inflationes, aliæq́ prauæ plurimùm ægritudines.

Remedia sunt:

Medicamenta somnifera temporibus & faciei admota, aspersiones lacte muliebri factæ.

De caduco vel epilepsia.

In Euangelio habetur, Christum sanasse hominem, qui hora morbi decidebat in terram, & spumam emittebat ex ore. Caducus morbus vulgò nũcupatur à phy-

à physicis Epilepsia, antiquitus Ira Dei. Causatur per oppilationem neruorum cerebri, venarumq́ ab humore nimiùm humido, cellulas constipante, & animæ spiritus impediēte, ne suas actiones perficiat, vnde corpus cadere necesse est. Similis est apoplexiæ, & in eodem loco generatur, ex eadem materia frigida & viscosa. Differētia est, quòd apoplexia constipat omnes cellulas cerebri, aufert intellectum, minuit sensus & motus hominis. Epilepsia verò non omnes cōstipat, nisi principalia cerebri mēbra. Sua tempora habet paroxysmorum, vt si veniāt crescente luna, signum est ex humiditatibus prouenire. Si minuēte, signum est ex frigidissimis esse, parumq́ humidis humoribus.

Triplex est caducus, vt Epilepticus, Analepticus, & Catalepticus, iuxta loca ex quibus prouenit origo.

Epilepsia ex capite, est in cerebro. Analepsia, est ex fumositatibus materiæ existentis in arterijs, & neruis stomachi sursum ad cerebrum ascendentibus. Catalepsia, prouenit ex materia existente in locustis corporis, vt pedibus, manibús-

que. Cognoſcuntur à ſignis proprijs.

Qui morbi paroxyſmum huius ſentiunt antequam cadant, aſcenſumq́; fumoſitatum inſtar formicæ, vel aëris leuis, quandoq; his occurritur ne cadant, per ſtrictiſsimas ligaturas pedum & manuum, iſti etiam laborant plerunq; febri, quòd ſine calore maximo materia hæc aſcendere nequeat, cataleptici ſunt.

Qui morbum præſentiunt aſcendentem ex ſtomacho, capitis quoque continuam grauedinem, ex repletione ſtomachi, malaq́; digeſtione, ſunt analeptici.

Qui non præſentiunt, epileptici dicuntur.

Deficiente Luna, eſt ex melancholia. Plena, ex ſanguine vel phlegmate prouenit morbus.

Experimentum.

Trahãtur guttæ tres ſanguinis ex humeris patientis, & ſtatim à paroxyſmo detur ouum coruinum. Valet etiã coagulum leporis potum, &c.

Sternutatio nimia naturalis, potiſsimùm in expurgatione cerebri, in acutis febrib. abſq; rheumate, bonũ eſt ſignũ: in

n aliis febribus malum, & indicium abundantis humoris.

Sternutatio continuans post humorum euacuationem nocet, ac aliquando graues generat passiones, quare fumigiis restringentibus spiritus cōstringendi sunt.

CAPITIS TREMOR.

In Genesi habetur, Deum in capite Cain posuisse signum, hoc est, capitis tremorem. Prouenit ex duobus motibus contrariis, vno sursum tendente naturali, altero deorsum contra naturam ex morbo, hinc est tremor, quia motus inferior conatur superiorem deprimere, contrà hic inferiorem vincere, spiritus suo loco retinere cupiens.

Dispositioné habet hic morbus quandoque ad paralysin, præsertim si patiens inter dormiendum tremore concutitur sæpiùs. Et omnis paralysis cum tremore curatu facilior est, quàm sine ipso.

Remedium suprà dicti tremoris capitis, est balneum in herbis calidis confortatiuis & attractiuis in apertioné pororum & meatuum, & neruorū confortationem.

De spasmo.

Eſt retractio neruorum quę prouenit ex frigore nonnunquam,& curatur calore medicaminum ſucceſsiuè adhibito, non repentè. Aliquando eſt ex vacuitate nimia, vt cùm præcedit magnus ventris fluxus ſanguineus, aut ex labore nimio, vel abſtinentia præter naturam, vel ex nimia euacuatione per medicamẽtum. Ex quibus omnibus cauſis, ſpiritus neruorum conſtipati ſunt, ne ad ipſos trãſire valeant.

Initio morbi valet applicatio lactis muliebris ſuper carnem, & maxillas, collum, ſpinam dorſi, & omnes venas neruorum.

Item valent aqua,& oleum, calida neruis ſuperpoſita.

Citiùs curatur vnguẽtis, balneis, ſternutationibus, & gargariſmis per nares factis. Obeſis aduenit ex repletione, aliȷs ex frigore potiùs, vel vt ſuprà.

De paralysi.

Paralyſis eſt ſtupefactio membrorũ, ex oppilatione ſpirituum ſenſibilium in neruis exiſtentium, vel ex humoribus con-

constipātibus, vel ex truncatione ipsius nerui. Estq; duplex, vniuersalis & particularis: vniuersalis constipat medietatem corporis: particularis, quæ tantùm vnum occupat membrum, vt manum, pedem, aut linguam. Est etiam aliquoties in radice neruorum, vt in facie, vel prope dorsũ: est vt plurimũ incurabilis.

Primò sunt administrāda intrinsecus amolientia, & laxantia extrinsecus vnguenta similia. Postmodum siccantibus & restringentibus est curandum. Valent saluia & castoreum in vino sumpta.

OCVLORVM DOLORES.

Variæ sunt eorum occasiones, acutissimæ punctiones choleræ causam denotant.

Nocturni dolores oculorum, quàm diurni maiores, & humorũ viscosorũ ex eis fluxiones, frigidos humores arguũt.

Extensissimus præ cæteris dolor, phlegmatis causam notat.

Corrosiones cum lachrymis valde calidis, frontis cum dolore maiore, sanguinem notat esse causam.

Curentur minutione humorũ abun-

dantium & causantium, vel sanguinis, si causa est intrinseca: si extrinseca, dormiat & quiescat patiens eleuato capite, lumen fugiat, non multum loquatur, neque cantet.

Oculi macula.

Quandoq; transit in cataractam, initio curari potest, ala dextra columbi calida superposita.

Sanguis in oculo.

Curatur sanguine columbi vel turturis, vel lacte mulieris, cum thure, vel recenti caseo sine sale melli mixto, & superposito.

Oculorum lachrymæ.

Rubedo in oculis, & calor exeuntium lachrymarum, faciem per quã decolant vrentium, ex calidis humoribus causari notam esse certissimam indicant, frigidaq; proficua.

Albedo vel cœruleitas oculorũ, lachrymæ frigidæ, frigidam causam, & calida proficua significant.

Extrinseca causa per contusiones, &c. curatur cera pura calefacta, & puluere

cumini

cumini cõsperſa, oculis in emplaſtri modum ſuperpoſita.

Oculorum aciei defectus.

Si non ſit continuus, ſed intermiſſus, cauſatur ex ſtomacho, qui purgãdus eſt, priuſquam extrinſeca applicentur remedia. Continuus ante & poſt prandium, cauſatur ex cerebro.

Oculi ſubſtantia clara & pura apparente, nihilominus deficiente acie, eſt ex conſtipatione neruorum oculi.

Cæcitas oculorum.

Aliquando cauſatur ex nimio ſanguine de vena tracto, vel ex vehementiori medicamento.

AVRIVM DEFECTVS ET SVRDITAS.

Signa cauſarum ſunt: Dolor acutus cum rubedine aurium, ex calida cauſa ſignum eſt: proſunt frigida adhibita.

Grauis & inſupportabilis dolor, cum aurium pallore, frigidam denotat cauſam, proſunt calida.

Si febris adſit, ex cauſa prouenit apoſtematis aurium, quod nunquam caret febribus vehementibus, ſi cauſa calida

ſit: vel remiſsioribus, ſi frigida.

Immundities exiens cum dolore, notat vulnus adhuc relictum ex apoſtemate nondum concluſum.

Sanguis effluens, læſionem extrinſecus factam denotat per contuſionem, & aliquando per abundantiam ſanguinis, quem retinere natura minimè poteſt.

Curæ ſunt:

Calidæ cauſæ prȩter apoſtema conueniũt oleum roſaceum, & violaceum, infuſa tepida.

Frigidæ ſine apoſtemate, conueniunt oleum laurinum, rutæ, &c. Apoſtemati conueniunt maturatiua, & poſtea purgatiua, ſiue mundificatiua, vt vinum & mel: poſtremò concluſiua, vt thus, maſtix, &c.

Vermibus, vtendum eſt ablutionibus per ſuccos amaros, vt nucleorum perſicorum, abſinthij, porrorum, &c. poſtmodum inijciẽdum eſt oleum amarum in aures, vt amygdalarum amararum.

Ad recuperandum auditum, potiſsimum eſt medicamẽtum balſamum inſtillatum in aures.

Tinnitus aufertur per ea, quæ ventoſitatem

ſitatẽ pell ũ, vt aniſum vel fœniculum, cuminum &c. fumigando.

NARIVM PASSIONES.

Polypus curatur purgatione, primò capitis, poſtea attractione aquæ calidæ per nares, ad detergendum, poſtmodum attractione ſucci rutæ cum vino, tãdem fumigio per thus album, maſculum. Si vetus eſt morbus, corroſiuis eſt auferendus, & chirurgia.

Hæmorrhagia narium.

Si cum ſternutatione proueniat, eſt ex cerebro, cùm patiens dolorem percipit in fronte.

Si cum dolore dextri lateris & ſanguis exit per nares eiuſdem lateris, eſt ex hepate.

Si cum dolore ſiniſtri lateris per foramen ſiniſtrum exeat, eſt ex liene.

Mulieribus ſi cum vmbelici dolore veniat, ex matrice prouenit.

Eiuſmodi fluxus aliquando prodeſt, & quandoque nocet, vt in febribus acutis, in phreneſi, &c. aduenit ſæpè, die quo morbus terminare cupit, id eſt, critico, bonum ſignum eſt.

Si veniat ante diem criticũ, nõ eſt cohibẽdus ſanguis, ne peius quid eueniat.

Si tamen augeatur, patiensq́ſ ſit fortis adhuc naturę, diuertendus per phlebotomiam vel ventoſas ab eodem latere à quo fluit, ligando pedes & brachia fortiter, fronti etiam emplaſtra reſtringentia applicando & temporibus, conſpergendo quoque faciem aqua & aceto.

Si ex hepate ſanguis proueniat, applicetur ventoſa ſuper hepar: ſi ex liene, ſuper ipſum: ſi ex matrice, ſuper matricem vel mamillas.

DENTIVM DOLORVM CAVSAE.

Dolor pungens & acutus cum rubore faciei, aſperitate & ſiccitate gutturis, oris amaritudine, magnaq́ſ ſiti, prouenit ex calidis humoribus.

Dolor minor cum grauedine capitis, inflatione faciei, & eius pallore, ſputum ex ſtomacho eiectum eſt acutum, os inſipidum, ex humoribus frigidis prouenit.

Diuturnus dolor ſine intermiſsione, vt horarum 10. eſt ex cerebro.

Si per tres aut 4. horas, ex ſtomacho.

Lo-

LOQVELAE DEFECTVS.

Lingua ſana, deficienteq́; loquela, cau à eſt ex cerebro, vel oppilato neruo ipſi⁹.

RAVCEDO.

Prouenit ex ſiccitate arteriarum vocis, & iſta cauſa per tuſsim cognoſcitur ſiccam.

Ex tuſsi humida in raucedine, cauſa eſt ſanguis: rubea facies eſt, venę repletę, & os dulce.

Os in eo caſu abſque ſapore, multa ſaliua repletum, & humida tuſsis, notant cauſam ex phlegmate.

Febris eo loco præcedens, & appetitus nullus edendi, cauſam notat ex ſpirituū defectibus.

Sanguinis cauſa phlebotomiam requirit.

SQVINANTIA.

Eſt apoſtema gutturis triplex: vnum, cuius maior pars eſt intus in gutture occulta, & non videtur materia, neque inflatio externè vel internè, cum maximo dolore, febris adeſt acuta, hæc ſpecies eſt incurabilis, vnoq́; die occídit. Secunda ſpecies eſt, quando minor pars materiæ

retinetur in gutture, maior apparet extra ipsum: prioris signa habet, & curatur cum difficultate. Tertia species est, quando tota materia collecta est exteriùs, in magno tumore, cum febri léta, & paruo dolore: anhelitus facilis est, non occídit, nisi tumor retrogradatur introrsum.

Curæ.

Prima cura, est minutio sanguinis in bona quantitate, apertio venarum sub lingua, & applicatio ventosarum supra collum. Postremò dulcioribus lohot mitigandum, & mundificantibus.

ASTHMA SIVE DYSPNOEA.

Prouenit ex siccitate pulmonis, impediente motum. Curatur vnguentis, electuarijs, syrupis frigidis & humidis, quę respirandi vires adiuuant.

HAEMOPTOICA.

Sputum cum sanguine, si facies & venæ oculorum rubeant, causatur ex cerebro.

Sanguine per os eiecto, & spumoso existente, signũ exhibet, causam eius esse ex pulmone, præsertim si tussis adsit, & dolor

lor mamillæ dextræ. Cauendum eſt, ne conuertatur in phthiſin, nam apoſtema pleureſis, ante hanc paſsionem, per 40. dies vertitur in phthiſin.

PHTHISIS.

Eſt corruptio humoris naturalis in toto corpore, proueniens ex apoſtematib. pulmonis, cauſatis à rheumate ſuper ipſum à capite defluente, ſicut lapis foratur per continuum caſum aquæ: prouenit etiã ex nimia ſiccitate pulmonis, vel ex vena in ipſo rupta.

Corrupto pulmone, corrumpitur corpus.

Febris hectica non caret phthiſi, cui ſemper adhæret, nihilominus hecticus eſſe poteſt, qui non eſt phthiſicus.

Confirmata phthiſis non bene curari poteſt, cuius confirmationis ſigna ſunt, calor lentus & continuus in volis manuum, & in plãtis pedum, rubeus color in facie, macilentæ genæ, continua ſitis, aſperitas linguę, colli exilitas, & macilentia totius corporis, vngues reſtricti, oculorum profunditas, dolor in ſiniſtro humero, capillorum caſus (quod ſignum

est proximæ mortis) sputum spurcitie plenum, anhelitus solito fœtidior, signũ corruptionis omnimodæ pulmonis exhibent.

Adhibenda sunt leniter mollientia aluum, non vehementer (nam si fluxus accedat, sequitur mors) frigida potissimũ & instaurantia.

CORDIS TREMOR, VEL CARDIACA PASSIO.

Duplex est, vna diaphoretica, altera tremens.

Diaphoretica, fit ex intemperato calore poros cordis aperiẽte, per quos fumositates abeunt in sudorem, vnde sæpe generatur hydropisis, vel ethica passio. Signum istius est, frequens animi deliquium, ob defectum virtutis.

Cardiaca tremens, est aliquoties ex frigida causa, quandoque ex melancholia, & aliquãdo ex phlegmate. Eiusmodi humores in pulmone redundantes, quandoque cõstringunt cor, ac debitum eius motum impediunt, & constipant venas, per quas vitæ spiritus transire debet. Patientes isti sępè momentaneè intereunt.

Signa

Signa.

Si patienti in lecto videatur iacenti alium super se iacere hominem, & super cor suum, signum est ex melancholia prouenisse.

De febri.

Febris, est calor non naturalis, exiens à corde in omnia membra corporis, cursum impediens naturæ.

Triplex est, iuxta tres partes, ex quib9 cōstat corpus: ex spiritibus, humoribus, & membris formatis. Prima species est, quando spiritus calore suam temperiem amittunt, & dicitur ephemera. Secunda, humorum est, putrida dicta. Tertia consistit in mēbris firmis, & dicitur ethica.

Comparatur prima aëri & vento calefacienti omnia, in quæ subintrant, sic iste spiritus ephemerę cor & corpus totū excalefacit. Febris putrida, similis est aquæ calidæ, calefacienti ollam in quam ponitur, licet frigidam. Ethica comparatur ollæ calidę calefacienti aquam frigidam iniectam: sic membra calida, cor & humores calefaciunt vltra modum.

Calor ephemerę febris, rarò plus vno

die durat, post quẽ conuertitur in putridã vel in ethicã. Oritur ephemera quandoq; ab externis, & aliqñ ab internis. Periculosa est, quia oritur specialiter cũ apostematib. in anchis, vel sub axillis, qui tumores dicũtur bubones: citò curatur, nisi transeat in alias, tum fit periculosa.

Signa sunt.

Vrina non multùm distans à sana, nisi quòd sit ardentior & subtilior.

Pulsus durus, celer, & non vsque adeò intemperatus.

Appetitus, & alij motus in patiente, non multùm variantur.

Facilè curatur ex bono regimine, dię taq;.

Ethicæ febris membrorum signa sunt ista:

Calor ęqualis per totum corpus æqua liter nocens, ethicam arguit.

Calor leuis & non pungens, vt infirmus non putet se laborare febri.

Color patientis flauus, aut liuidus vt plumbum.

Corporis asperitas, oculorum profun datio, siccum eijcientium liquorem.

Aliter ex quatuor humoribus.

Primus humor, est in extremitatibus venu-

venularum intrantium in ſubſtantiam membrorum, poſtquam ea ſubſtãtia calefacta eſt, generat primò febrem putridam, nõ ethicam, ſed leuiter in ethicam conuertitur.

Secundus humor, eſt in poris mẽbrorum inſtar roris, ita etiam dictus: ſi calefactus fuerit, generat primam ſpeciem ethicæ.

Tertius, eſt is qui cõuertitur per opus naturæ, in reparationem humoris à caloris edacitate depertiti naturaliter: ſi nimium calefiat, generat ſecundam ſpeciẽ ethicæ.

Quartus eſt glutinoſus, cholera glutinans partes & membra corporis ſimul, proueniens ex humore ſeminis generationis, gluten dicitur partium corporis, quod cùm corrumpitur, reſtaurari non poteſt, generat tertiam ſpeciem ethicæ: ſi poſſet inſtaurari, recuperari poſſet iuuẽtus: eſt ſpecies igitur incurabilis.

Prima ſpecies eſt curatu facilis in ethica, ſed cognitu difficilis. Hæc, ſi per caloris augmentum humorem magis exiccet, in ſecundã ſpeciem conuertitur, cognitu faciliorem prima, ſed curatu diffi-

ciliorem. Si rurſum augeatur calor, adeò vt vlterius humorem conglutinantem membra ſiccet, oritur tertia ſpecies ethicæ, cognitu facilima, ſed incurabilis.

Signa particularia.

Calore creſcente ante prandium, primam ſpeciem indicat. In ſecunda ſentitur calor magis à prandio. In tertia vehementiſsimè percipitur poſt prandium, quia humor nutrimenti contrariatur calori naturali.

Tertia ſpecies facilè cognoſcitur: Cœruleus faciei color, naſi extremitas acuta, oculorum profunditas, temporum aſperitas, tertiã ethicę ſpeciem indicant: palpebras tardè mouent eam patientes & grauiter, oculos tardè claudunt ac ſæpè præter voluntatem dormiendi, tactu ſunt frigidi & ſicci, tamen calor intrinſecus ſemper creſcit, venter vacuus apparet, tactu videntur lignei, eleuata pellis non citò ſubſidit, pulſus debilis eſt & durus, vrinæ liquor oleoſus, cadens ſuper lapidem edit ſonum. In prima ſpecie accelerandum eſt ad curam, ne in ſecundã & tertiam incidat.

Cura

Cura ſit:

Per frigida calorem reprimentia, humoremq́; confortantia, medio bono regimine.

Valent potiſsimùm balnea in roſis, violis, & malua, ſed tepida ſit aqua, mora pauca in balneo per vicem.

Vnguentis vngantur frigidis mediocriter, & humidis, vt oleo violarum cum melle & lacte mulieris lactãtis maſculũ.

Potus valet caprini lactis ieiuno, in quo ſilices albi fluuiorum candentes extincti fuerint.

Febris tertiana butrida.

Prouenit ex bile rubea putrida, exiſtente extra venas, quæ non eſt in apoſtema collecta. Eſt & alia yeniens ex vitellina, vel flaua bile non naturali.

Signa naturalis tertianæ.

Paroxyſmus fit de tertio in tertium diem hora tertia, frigore prius aduenien te, poſteà calore, maximo cũ dolore frontis, & oris amaritudine, magna ſiti, aurium tinnitu: non poteſt patiens dormire. Vrina eſt rubea & ſubtilis, durat paroxyſmus vigintiquatuor horas, vel amplius, & per vigintiquatuor horas eius

ſigna variantur,iuxta materiæ ſitum.

Dolor maximus in capite,ſignum eſt, materiam in orificio ſtomachi ſitam eſſe,præſertim cum ſiti maxima, gutturis aſperitate & oris, cum vomendi magna voluntate,& vrinæ nimia coloratione.

Dolor in vmbelico, ſignis antè dictis exiſtentibus minoribus, & vrina ardentiore,ſignum eſt materiam eſſe in inteſtinis. Vrina magis colorata,cũ ſpuma flaua,materiã indicat in hepate vel in felle.

Signa non naturalis tertianæ ex flaua bile vitellina.

Poſt frigus, lentus calor motus inter bilem & phlegma.

Vrina flaua mediocriter ſubtilis.

Horæ variantur, modò citiùs, modò tardiùs aduenit paroxyſmus,cum dolore frontis arripit, & aliis ſignis antea dictis,ſed non ita vehementibus.

Tertiana febris eſt,quandoq; ſimplex, aliquãdo compoſita. Simplex generatur ex pauca materia in vno loco putrida tantùm. Cõpoſita ex diuerſis bilioſis materiis, variis locis generatur putridis: in iſta tertio die acceſſus eſt maior primo acceſſu. Vrina mediocris in ſubſtantia, ſed

sed color est rubicundus cum vmbra superiùs.

Cura

Simplicis: digeratur materia syrupo acetoso, postea purgetur laxatiuo medicamento.

Si materia sit in orificio stomachi, prouocetur vomitus, non prius tamen, quã digesta sit materia.

Signa digestionis materiæ.

Paroxysmi citiùs arripiunt quàm solebãt, frig⁹ maius fit, & calor maior, paroxysmus diuturnior, & vrina spissior, omnia solito aucta. His apparentib. purgandũ: simplices febres simplicibus medicamentis, & compositas compositis.

Febris quartanæ signa & remedia.

Prouenit ex melãcholia putrida extra venas, non collecta in apostema.

Est aliquando ex melancholia naturali, aliquoties ex non naturali.

Signa.

Quarto quoq; die arripit cum horrore in pilis, frigore, & postea lento calore, durat paroxysmus 24. horas, & quiescit 48. horis, quib. dominatur melãcholia, magis infestat; determinatũ suum tem-

pus acceſſus obſeruat, niſi fuerit intermixta alijs febribus.

Vrina poſt paroxyſmum eſt flaua, ſed interpoſitis diebus eſt cruda, pallida, & diſſoluta.

Oris acetoſitas cum vertigine capitis, alijsq́ue ſignis malis, notat materiã in ſtomacho exiſtere, vti ſunt triſtitia, anguſtia, &c. Corpus & pectus inflantur, digeſtio mala, coxæ pedesq́ue grauantur: nimiùm vigilat ſine ſomno, timet in ſomnijs, vngues cœrulei coloris, & labia, præſertim acceſſus tempore. Renum dolor eſt maximus ſiniſtri lateris ob ſplenem inflatum, appetitus magnus edendi, ob grauedinem melancholiæ deſcendentem ad fundum ſtomachi.

Cura eſt, vt materia digeſta purgetur calidis, aperitiuis & mundificatiuis, in quibus balneandum eſt. A melancholicis eſt abſtinendum etiam in cibis. Electuaria proſunt, calidi & confortantes pulueres lætificantes, vt diaſene, borrago, &c. valent etiam vnguẽta calida, &c.

Febris continua.

Prouenit ex humore intra venas putrefa-

refacto, cuius fumositates officiũt cor-
i, læduntq́ꝫ, vnde causatur continua fe-
ris.
Humor hic est quandoque simplex, &
aliquando compositus.
Simplex est ista febris, quãdo sanguis
putrefit in venis, & continuatum voca-
tur synochus: quando verò non putre-
fit in eis sanguis, at calefit tantùm per
nimiam quantitatem, vt eius fumi spi-
rituum temperamentum destruant, tũc
vocatur synocha continua.
Cholera putrefacta in tribus subtilib.
venis orificij stomachi, hepatis, cordis, &
pulmonis, generat continuam dictam
causonam, ardentem spiritualia mem-
bra.
Cholera quę putrefit in alijs venis, ap-
pellatur continua triplex.
Cholera simul cum sanguine putrefa-
cta in venis, maiore parte sanguinis pu-
trida existente, minore verò cholerę, vo
catur synochides: si putrida pars maior
cholera sit, vocatur causonides.
Signa sunt:
Dolor acutissimus frontis & tempo-
rum, cum continua febri, maxima sitis,

oris dulcor, vrina rubea & spissa, parum cœrulea, signum est continuæ febris dictæ Synochus.

Eadem sunt signa in synocha, excepto quòd vrina non sit cœrulea, tum quòd patienti foras eminēt oculi, venę plenæ, rubea facies, & corpus totum graue.

Vrina rubea, subtilis & nigra parum, intolerabilis dolor frōtis & temporum, ac si clauo perforarentur, color corporis flauus, sitis cōtinua sine intermißione, asperitas linguæ, durities ventris, nulla requies vigiliarum, si cholera peccet in qualitate: sed si in quantitate, patiens patitur fluxum vētris, & sæpius euomit choleram, signum est causonæ febris.

Cōtinua ex sanguine requirit phlebotomiam ex vtroq; brachio, si natura patiatur ægri.

Quandoq; curantur continuę sudoribus, & fluxu sanguinis per nares.

Medicamenta sunt in alterationē sanguinis, & restrictionem.

Regimen, mica panis in aqua abluta, & pruna cocta.

Febris acuta.

Prouenit ex phlegmate in venis putrefa-

trefacto, & in arterijs, vnde generatur febris quotidiana, continua, cuius signa sunt hæc:

Calor continuus, sed interdiu maior, quàm noctu, grauedo capitis, os insipidum, vrina parũ colorata & spissa, paroxysmus 18. horarum acerrimus: reliquis 6 horis in falsa requie, signa sunt acutæ febris quotidianæ continuæ.

Ex melancholia in venis putrefacta, generatur aliquãdo quartana continua, cuius hæc signa sunt.

Calor continuus, sed quarto die auctus, grauedo capitis, lẽtus calor nõ vsq; adeò ardens. In vrina parum differunt, vnde vix dignoscuntur per ipsam.

Nonnunquam accidit, vt cholera putrefiat in venis, & phlegma extra venas, tum generatur febris, cum signis continuę quotidianæ, dempto, quòd æger vesperi frigescat, præsertim in pedibus & manibus, grauedinem habet capitis & palpebrarum, & somnum falsum: Paroxysmum habet 18. horarum in maximo labore, doloreq; postea 6. horis lenior est, tamen æquè fortis, ac fortissimus in quotidiana continua,

Contrario modo accidit, vt phlegma putreſcat in venis, & cholera extra venas, tum generatur febris cũ iſtis ſignis.

Calor cõtinuus, tertio die auctus, pręcedit frigiditas doloré capitis. Paroxyſmus aggrauat patientem 36. horis in maximo labore, & 6 horis in ſomno falſo. Vrina eſt rubea & mediocriter ſpiſſa.

Quandoq; putreſcit melancholia extra venas, & intra venas cholera putrefit, tum generatur febris maioris caloris, & maiorum accidẽtium, quàm præcedentes omnes.

Vrina huius eſt aliquando viridis, aliquando nigra, & quandoque cœrulea, aut diſcolorata, quæ omnia ſigna ſunt mortis. Paroxyſmus eſt 40. horarum in maximo labore, & 12. in minore.

Difficiles cognitu ſunt iſtę ſpecies tres febrium, per differentias ſuas compoſitarum, ex humoribus varijs, & in diuerſis locis. Prima ſpecies curatu difficilis eſt: ſecunda quandoq; curatur, ſed rarò: tertia verò nunquam curatur, niſi per manum Dei.

HORROR IN PILIS.

Pręnuncia eſt febrium paſsio, generata ex

a ex earum materia, quæ eſt fumus fri-
gidus, ex frigida materia phlegmatica
vel melãcholica, ſparſa per membra cor-
poris, neruos, tibias, & cutim ſtringens
per frigiditatem ſuam, quæ dum radi-
cem pilorum attingit, frigiditate horro
rem inducendo erigit in altum: nonnun
quam etiã ex pauore timoreq́ꝫ prouenit.
Omnis tremor in febribus, eſt ex ea fu
mofitate frigida.

ABOMINATIO CIBORVM.

Prouenit ex tribus cauſis, vt ex defe-
ctu ſpirituum, qui ſunt inſtrumẽta vir-
tutis naturalis, & operationum ſimiliũ,
vel ex conſtipatione ſenſibilium neruo-
rum. Nam appetitus ſtomachi his dua-
bus de cauſis mouetur, aut ex virtute na
turali appetente, vel ex influentia ſenſi-
tiua. Quandoqꝫ prouenit ex nimia re-
pletione humorum.

Corpore macreſcente ex febri præce-
dente, ex nimio ieiunio, ex nimijs vigi-
lijs, & ex fluxu ventris, ſignum eſt proue
nire ex defectu ſpirituum, vt ſuprà.

Nulla delectatio cibi, neqꝫ potus, indi-
gnatio horum in ſtomacho, infrigidatio

eorum ſtatim atq; in ſtomachum tranſeunt, ex apoſtemate ſignũ eſt, vel ob conſtipationem in neruis.

Item ſputamina acetoſa, & fœtẽtia ob malam digeſtionem, & grauedo ſtomachi, notant eiuſmodi paſsionem eſſe ex frigidis humoribus.

Contra defectum ſpirituum, vtẽdum eſt medicamentis contra cauſam.

Contra ieiunij cauſam, vtendum eſt cibis, & electuarijs confortatiuis, itẽ ſalſamentis acidis ex aceto & menta, & aromatis, quæ admouẽda ſunt naſo ſæpiùs.

Contra neruorum conſtipationem, ſi nõ adſit alia cauſa vel impedimẽtum, eſt laxanda vena mediana in brachio, poſtmodum adminiſtranda ſunt calida, ad aperiendum & confortandum neruos, ni fortè conſtipatio ſit ex nimio calore, alioquin ſyrupo vtendum eſt acetoſo, & vacuatione materiæ per laxatiua competentia.

Contra cauſam humorum calidorũ, purgandus eſt ſtomachus per herbã benedictam dictã, & per alia conuenientia.

Item in confortationem caloris naturalis, offerendi ſunt diuerſi cibi, & ſi aliqui

qui noxij quandoque ſint, modò appetat æger.

BVLIMVS, SIVE APPETITVS NIMIVS ET CANINVS.

Calore nimio membrorum attrahũt ad ſe venę nimis vehemẽter, & vltra naturæ ſuæ modum, nutrimenta ab hepate, & hoc, eodem modo attrahit à ſtomacho, qui vix ſupplere poteſt.

Signa ſunt:

Vrina multiplicata, citò venit, ac ſępè, inſatiabilitas magna.

Vtendum eſt craſsis cibis, ac duræ digeſtionis, frigidisq́ medicamentis, potiſsimùm extrinſecus.

Signum aliud.

Satiari non poteſt ſtomachus vllo cibo, macreſcente etiam corpore, fluxus ventris frequens, inuſitatorũ appetitus aliquãdo, vti carbonum, terræ, ſalis, &c.

Cauſatur ex materia melãcholica, vel cholerica exiſtente in orificio ſtomachi, quæ talem appetitum per ſuã corruptionem excitat, vt in grauidis & patientib. hæmorrhoidas.

Intrinſecus vtendũ eſt calidis, & con-

fortãtibus ſtomachum, item cibis craſſis & pinguibus, vt pinguedine in orificio ſtomachi ſupernatãte, generetur nauſea ciborum.

Inordinatus hic appetitus, aliquando generatur ex humore frigido & phlegmatico, purgandus eſt ſtomachus, & poſtea confortandus electuarijs calidis, & extrinſecus calidis vnguentis.

RVCTATIO.

Eſt violẽta commotio ſtomachi, prouenieus ex mala diſpoſitione neruorum exiſtentium in ſtomacho.

Cauſatur vel ex nimia repletione, vel ex nimia vacuitate ſtomachi: quandoq; ex frigiditate, ſed rarò.

Signa cauſarum.

Quãdo exit ſimul cũ eructatione aliquid humorũ cibi ex ſtomacho, cũ ſputaminib. variorum ſaporum, tum cauſatur ex repletione.

Si febris adſit, aut fluxus ventris, ſanguis, aut maceratio corporis, eſt ex nimia vacuitate.

Ab aëre frigido veniẽte ex ſtomacho, vel à cibis frigidis, qui aſſumuntur, cognoſci-

gnoſcitur cauſa veniens ex frigore.

Cura repletionis, eſt vomitus & euacuatio ſtomachi, vſúsque ſiccarum, calidarumq; rerum.

Vacuationis abſque febre cura, ſit per humida inſtaurantia: ſi cum febre, periculoſius malum.

Frigoris cura, ſint res calidæ, cũ procuratione ſternutationis.

Valet etiam repentinus timor, vel pudor, reflectit. n. calorem in ſtomachum, qui diſcutit.

VOMITVS.

Eſt eiectio violenta humorum, vel ciborum ex ſtomacho, quæ fit ob diuerſas cauſas, vel per naturam, vel per accidens ex morbo.

Aliquando calor exceſsiuus, bullire faciẽs humores, efficit vt per naturam eijciantur, & vomitum.

Nam vti frigus in ſtomacho efficit, vt cibus fundum petat, & in eiectionem deorſum abeat, ita calor aſcenſum excitat, & eiectionem per ſuperna.

Exceſſu ciborum & potuum etiam natura irritatur ad vomitum, ob inualidã

digestiuam:id etiam euenit nonnunquã propter ciborum vel potuum acredinẽ, vel ponticitatem neruos in stomacho pungentem.

Debilitate etiam digestiuæ, non potest stomachus digerere, quare eijcit: vel quia exitum non admittunt infernæ partes nimiùm duræ.

Naturalis vomitus bonus, non naturalis malus.

Vomitus frigidę causę, calidis & cõfortãtibus, vt electuarijs, & vnguentis calidis est restringẽdus, vt cõtrà, frigidę causæ frigidis, vti saccaro rosato, diarhodon, & diatriasantalon, &c.

Stomachi dolores.

Stomachi dolorum variæ sunt causæ, vt calor, frigus, ventositas, apostema, humores calidi, frigidiq́.

Signa.

Sputamina calida, vrina pallida, bona digestio ciborum crassiorũ, delicati cibi ardent, oris amarulentia, eiectum ani cholericum, calorem esse causam huius punctionis indicant.

Dolor maximus, ciborũ digestio ma-

a crasſiorum, melior delicatiorum, vomitus materia phlegmatica, ventris duities, & acetoſitas ſputaminum, cauſam indicant eſſe frigus cum humoribus.

Sputamina inſipida, cum ſono maximo eiecta, & moleſtia, cum alleuiatione per eiectionem, ſignum eſt ventoſitates eſſe cauſam.

Puncturæ dictę cum febribus & ardoribus, digeſtione mala, & orificij ſtomachi præter modum diſtenſione, apoſtematis in ſtomacho ſignum exhibet.

Curatio.

In cauſa caloris & humoris primò digerendus & purgandus eſt humor proprijs & fortibus medicinis, vt frigidis electuarijs extrinſecus confortandus vnguentis ad hoc aptis.

In cauſa frigoris & humoris, curandum eſt contrarijs à præcedentibus.

Ventoſitatis cauſa, expellentibus ventum curanda, vt fœniculo, cumino, aniſo, &c.

Plus nocent ventoſitates, quàm humores in ſtomacho & inteſtinis.

VENTRIS PASSIONES, VT ILIACA ET COLICA.

Proueniunt vel ex humoribus, vel ex ventoſitatibus incluſis in inteſtinis, vel ex apoſtematibus inteſtinorum, aut ex vermibus, vel ex humoribus nimiùm acutis, &c.

Oppilationũ eiuſmodi potiſsima cura eſt deoppilatio, per aperitiua, mollientia, & purgantia.

Signa vermium.

Febres adſunt, nares pruriunt, ſtringuntur dentes, adeſt omnium ciborum nauſea, inſenſatus fit patiens, clamat in ſomno, tremit corpore, linguam exerit, ſemper maſticat, licet nihil in ore habeat: ſignum eſt vermium inteſtinorum breuium, & magni doloris.

Occidendi ſunt amaris rebus, vt abſinthio, aloë, &c. cum liquoribus dulcibus, vti melle, vel lacte.

Quandoque ob compreſsionem veſicæ non fluentis, etiam comprimuntur inteſtina per inflationem illius, vnde generatur ab incluſa ventoſitate, colica paſsio in inteſtino colon, & fit dolor in dextro

dextro latere, inferius tendens ad ſiniſtrum, inſtar cinguli parui.

Iſta paſsio colica ſeptem de cauſis generatur.

Prima, fit ex ardenti calore, choleráq; mixta febribus, exſiccãte humiditatem ſpurcitiei, exiſtentis in dicto inteſtino, & indurante, vt non valeat exire.

Secunda, eſt craſsities ciborum ſiccorum, impediẽs etiam exitum excrementorum.

Tertia, prouenit ex phlegmate nimiũ glutinoſo, conſtipante venas & meatus, per quos humorum ſuperfluitates exire debent.

Quarta, eſt craſſa ventoſitas incluſa in dicto inteſtino, cum humoribus ibidem exiſtentibus.

Quinta, eſt apoſtema quod in eo generatur inteſtino, meatus etiam obſtruens excrementitijs humoribus.

Sexta cauſa, eſt ex vermibus in dicto inteſtino mortuis, in tanta quantitate tam fortiter agglutinatis, vt exire nequeant.

Septima, fit ex inſenſibili ſtupore dicti inteſtini, quo fit, vt nõ eijciat ea quæ reijcienda ſunt.

Signa generalia.

Tormina magna in ventre, vomitus frequens, abominatio ciborum, torsiones & incisiones intolerabiles significāt cholicam paſsionem in genere: vēter eſt durus, cum pūctionibus tanquā acuum. Calida cauſa, citum & celer expetit remedium ſub pœna mortis.

Grauedinis paſsio magna, cum remiſsiori dolore eodem loco, ſignum eſt frigidæ cauſæ.

Dolor magnus, qui de loco in locum mouetur, rumorem edens inſtar tonitrui, ſignum eſt ventoſitatis.

Calor magnus, dolorq́ꝫ intolerabilis cum febre, eſt ex apoſtemate. Sitis adeſt cum aſperitate linguæ.

Inciſiones cum dolore maximo, ſignū indicāt ex vermibus oriri morbum: abominationeq́ꝫ cordis in os quandoqꝫ redundante, mortalis fit paſsio citò exterminans, niſi tēpeſtiuè ſuccurratur ægro.

Balnea proſunt ad emolliendam materiam, & vnguenta, tum demum purgatiuis vtendum, niſi prædictis remedijs dolor abijſſet.

Huic paſsioni colicæ adiuncta eſt al-

tera

tera, quę dicitur iliaca, ab inteſtino ileo, longo & ſubtili, alia inuoluente inteſtina, in quo generatur: occídit vno vel altero die, niſi remedium adhibeatur: periculoſior eſt colica.

Curantur eodem modo, eiſdem quoque medicamẽtis ambæ, quia ex eiſdem etiam cauſis oriuntur, ſed ilíaca ſæpiùs cauſatur ex apoſtemate.

FLVXVS VENTRIS.

Triplex eſt fluxus ventris, vt dyſenteria, lyenteria, & diarrhœa, qui differũt inter ſeſe.

DE DYSENTERIA.

Eſt fluxus vẽtris ſanguini permixtus, excorticans inteſtina. Prouenit ex naturali cholera corticis inteſtinorum: aliquando ex phlegmate ſalſo, quandoque ex melancholia aduſta, vel aliquando ex hepatis vitio. Nonnunquã ex debili virtute naturæ, quę retinere non poteſt humores & cibos in corpore, & quandoque ex abundanti nimiùm ſanguine, vt apparet in his, qui truncatum habent aliquod membrum, hi ſanguinẽ deorſum

emittunt, qui membrum hoc nutrire ſolebat, & cùm hic in hepate coctus à dicto membro non trahatur, remittitur cum materia ad ſeceſſum. Quandoque prouenit ex inteſtinorum vitio, & hoc in tres diuiditur partes vel ſpecies.

Prima apparet tanquam colluuies ex lotionibus aquæ pinguioris, quia eſt ex pinguedine inteſtinorum exeunte extra corpus.

Secunda apparet vt raſura pellium vel curtę membranę recentis, nam eſt raſura inteſtinorum.

Tertia ſpecies eſt, quando apparent fruſtula inteſtinorum exeuntia in modum fruſtulorum carnis arteriarum & neruorum.

Prima curatur, ſecunda cum difficultate, tertia nunquam.

Signa ſunt:

Sanguis cum materia emiſſus, cũ pungente dolore, & roſione in ventre.

Quandoq; excorticantur inteſtina ſuperius, & aliquando in medio, tum prodeſt medicina magis intrinſecus adminiſtrata: nõnunquam inferius, tũ magis prodeſt extrinſecus applicata, vel ſtringenti-

gentibus cliſteriȷs facta. Vbicunque ſit, medicina ſit reſtringẽs, ſiue intrinſecus, ſiue extrinſecus adminiſtretur: primò humor impediẽs abſtergẽdus, tum conſtringendus & reprimendus fluxus eſt.

De lyenteria.

Cibos eȷ̈cit indigeſtos, vti in ſtomachum veniunt.

Prouenit aliquãdo ex ſtomacho adeò compreſſo, vt retinere non valeat cibos, & quandoq; ob humores phlegmaticos replentes cellulas in ſtomacho, ac cibum ſua lubricitate deȷ̈cientes.

Nonnunquam ex apoſtemate ſtomachi, ob quod magis grauatur ſtomachus à cibis, quàm iuuetur. Cura ſimilis eſt ei, quæ de dyſenteria fieri debet.

De diarrhoea.

Fluxus eſt ventris ſimplex, quo cibus omninò digeſtus, emittitur deorſum abſque ſanguine.

Prouenit aliquando ex nimia ciborũ copia, clarorum & acutorum: quandoq; ex peccante cholera, magis in quantitate, quàm in qualitate. Nam ſi qualitate

peccaret, potiùs dysenteriam generaret, quàm diarrhœam.

Quãdoq́ prouenit ex humore descendente ex capite in intestina, tum videntur in materia spumæ bullæq́: cuius postremi cura est restrictio rheumatis, vnde morbus etiam ortum habet.

Si ex nimia ciborum copia, stringitur bono regimine diętæ.

Si ex acutis cibis, reprimitur frigidis & humidis.

De hydropisi.

Est error digestionis cum tumore iecinoris vel hepatis, & membrorum genitalium inflatione. Impedita namque digestione in hepate, multæ superfluitates generantur in corpore, quæ membra inflant, ad quæ natura mittit illas expellens ab hepate.

Hydropisis tres sunt causæ generales:

Prima est ex retentione maiori humorum quã ipsa natura requirit, vel ex principali intemperantia qualitatis hepatis, & ob nullam digestionem inhærentium ac intumescere membra facientium.

Secunda, ex humorum fluxu vltra naturam

turam, ſpiritus minuũtur & eorum virtutes, tũ ſuperfluitates ex digeſtione venientes intumeſcere membra cogunt.

Tertia eſt ab errore digeſtiuæ virtutis, qui fit in hepate quatuor modis, quatuor etiam ſunt hydropiſis ſpecies.

Prima venit ex intemperantia humiditatis & frigiditatis, & vocatur leucophlegma, vel album phlegma. Secunda ex intẽperie frigiditatis & ſiccitatis eſt, & dicitur hypoſarca. Tertia, ex intemperie, ſcilicet caloris & humiditatis, vocatur aſcites, vel achices. Quarta ex intemperie caloris & ſiccitatis, dicitur Tympanites, quia venter percuſſus edit ſonũ in modum tympani.

Signa ſunt:

Albedo magna totius corporis inflati, & ex compreſsione carnis foſſa relicta, quæ non niſi paulatim repletur, ſignum præbẽt primę ſpeciei, videlicet albi phlegmatis hydropici: vrina huius eſt diſcolorata, ſpiſſa, & alba.

Non tãta inflatio, ſed carnis fœtor, & vrinæ diſcoloratio, ſignum exhibent ſecundæ ſpeciei, hypoſarchæ ſcilicet.

Venter percuſſus, inſtar vrnæ vacuæ

resonans, cum vrina rubra ac spissa, signum est tertiæ speciei Echices.

Venter percussus vehementiùs resonans vt tympanus, & magis extensus quàm in echice, tympanitem quartam speciem notat hydropisis.

Signa sunt:

Vrina discolorata, collum, brachia, pedesq; sunt admodum gracilia, nasus acutus, oculi rotundi, profundiq;.

Primæ duæ species curabiles existunt ante confirmationem, & non post eam. Hydropicus habet corpus inflatũ, molle & graue: in his 2. prioribus speciebus, semper sitit, nulloq; potu satiatur, paulatimq; deficit.

Curatur diuersis medicinis, prȩsertim ventositates discutientibus, & humores intercutaneos, necnon hepatis digestionem confortantibus.

DE AVRIGINE VEL ICTERITIA.

Est defœdatio cutis in colore triplex, vt in citrino, prouenĩete ex naturali cholera, in viridi colore, ex viridi cholera, & in nigro, ex cholera nigra. Sanguis efferuescens nimio calore, transit in choleræ natu-

naturã, quę cũ ſanguine cætero permeat vſq; ad cutim, quam ſuo coloretingit.

Quandoque prouenit ex conſtipatione pororum cauitatis fellis, qua redundat cholera ſuper hepar, & ipſum inficit cum eius ſanguine, qui poſtmodum ad cutim tranſit. Aliquando contingit ex apoſtemate, vel ex febri cõtinua ſanguinem adurente. Nonnunquam ex corruptione aëris, aut ex cibis vel potionibus corruptis, vel ex morſu venenoſi animalis, quo ſanguis corrumpitur, qui miſſus ad nutriendum membra, etiam corrumpit & tingit in ſuum colorem.

Signa cauſarum eius ſunt:

Corpus totum flauum, & latus dextrũ calidum, ſitis cũ oris amarulentia, frontis dolor, aurium tinnitus, vrina diſcolorata cum ſpuma flaua, viridis, aut nigra, necnõ omne quod exit è ſimili corpore, ſignum eſt ex calore proueniſſe.

Inferioribus membris exiſtentib magis citrinis, quàm ſuperiora ſunt, conſtipationem pororum fellis arguunt ſuperiorum: & econtrà inferiora membra ſi nõ ſint tam flaua ac ſuperiora, poros inferiores cauitatis fellis eſſe conſtipatos notatur.

Si post septimum diem febris adsit, minuitur, ac morbus leuior fit, bonum signum est, & ex febribus morbum ortũ habere, quia materia febris purgatur.

Verùm, si febris adueniat septimo die, per malum quodpiam accidens, malum est signum, & materiam sursum ascendere, ob nimiam eius acuitatem.

Curatur ordinariè phlebotomijs, & applicationib. frigidorum supra iecur. Item ijs quæ refrigerant & mundant sanguinem. Constipatio verò aperitiuis emendatur, modò non sint nimiũ calida.

De haemorrhoidibus.

Sunt venæ exeuntes ex ano, tanquam ex quinque primis, quæ si contra naturam suam retineantur, mala generantur accidentia. Natura quandoque hac de causa superfluitates eo trãsmittit, quæ vi quadam eiusmodi venas rumpunt antea dictas, per quas prorumpũt multæ sordes, vt hac via corpus à multis infirmitatib. tutum reddatur & mundum, verùm, si fluxus huiusmodi sit nimius, generat passiones: similiter etiam quando retinetur præter cursum naturalem, generatur quan-

uandoque phthisis, hydropisis, melanholia, phrenesis, &c.
Cauterisatio per ignem ad fluxus reentionem non est admodum tuta, quia imiùm stringuntur, vt natura postmoum vix aperire queat. quare tutius erit, aulatim stringere venarum eiusmodi neatus medicamentis stringentibus, tũ urgatiuis, præsertim si morbus inueteatus sit, ne aliò defluat in maius pericuum, subitò stringendo.
Si nimiùm claudãtur, aperiendæ sunt onuenientibus.

De renvm passionibvs.

Nephritis Græcè, latinè dicitur affiitas colicæ passioni videlicet. Differunt nter se tamen, quia colica passio moetur de loco in locum: renum verò door non mutatur. Dolent aliquando renes, tumoribus, vel apostemate, humorum repletionibus, ventositate, vel arena siue calculo pressi.

Signa sunt:

Vrinæ ardor cum dolore pungente & acuto, signum exhibet calorem esse causam.

Vrina cruda cum dolore lēto, cauſam notat frigidam.

Sępe generatur calculus & arena in renibus, ex glutinoſo potu, craſsioribus cibis, & ſæpiùs à calore, vt in iunioribus præſertim.

Signa.

Stupor coxæ dextræ, dextriq; pedis, ac ſi indormiſcerent, ſignum prębent, lapidem vel materiam eius exiſtere in renibus, & in dextro latere renum: in ſiniſtro verò, ſi pes & coxa ſiniſtra indormiſcũt.

Dolor in medio pedis, ſignificat lapidem in veſica exiſtere.

Arena rubea, renum eſt.

Alba verò, veſicæ.

Lapis generatus ex humoribus, fragilior eſt eo, qui generatur ex arenula. In viris magis, quàm in mulieribus generatur, ob maiorem in illis calorem, & in iſtis ampliores meatuum conductus.

Cura eſt, per multa balnea ſimul cum medicamentis aperitiuis, & mundificatiuis. Ex defectu quandoque retentiuæ, ſuperfluitates ad renes peruenientes retineri non poſſunt, & per vrinã inuoluntariam emittuntur, vt pueris contingit

&

lebriis nimiùm bibētibus, ob nimiam
ollitiem & laxationem neruorum ex-
entium in collo vesicæ.

Curanda est hæc passio rebus frigi-
s, ad reprimendum renum calorem,
ccandos humores, & stringendos mea-
us, potionibus, electuariis, emplastris &
nguentis, non tamē nimiùm humidis,
d succesſiuè, modò frigidis, modò hu-
idis. Calida nimiùm nocent renibus:
igida nimis impediunt digestionē he-
atis: temperata sunt idonea.

De ruptura.

Est & alia renū passio, quę hernia dici-
ur & fractura, hæc fit quando pellicula
uædā frāgitur dicta ciphac, quę separat
embra nutrientia à generantibus, &
a decidunt per eiusmodi rupturam in-
estina in scrotum.

Prouenit ex nimio violentoq́ labore,
orporis motu, casu, clamore, flatu, ni-
nioq́ calore acutorū humorū, vltra na-
uram pellem dictam erodētium. Quo-
uo modo rumpatur, meliùs ab initio
uratur, & in iuniorib. quàm in senibus,
n quib. posterioribus, non nisi maximo

labore, vti per multam diętam, medicinas, & chirurgicam artem. Plurimũ valent in istis copulãtia, restringẽtia quoq; medicamenta, cibi, electuaria, balnea & extrinsecus vnguenta. Abstinendum à coitu, à rebus ventositates generantibus, &c. quæ plurimùm nocent.

De gvtta arthritica in genere.

Est inflatus dolor, atq; tumor manuũ & pedum digitis ortus, chiragra, vel podagra dictus à pedibus & manibus. Supra nates verò cùm oritur, schiatica vocatur, ab osse schia.

Generatur ex sanguine cholerico, ac phlegmatico humore, & potissimùm ex rheumate.

Signa:

A rubedine loci in quo est, habetur iudicium ortus eius, item à venarum apparentia supra locum dolentem: à calore, à regione tẽporeq; calidis & humidis, vt vere, quo potissimũ tempore grassatur ea passio, signum est, eius causam ex sanguine prouenisse.

Ab intolerabili dolore, neruorum re-

tra-

traction conuulſioneq́, locum in quo eſt calefacientibus & exiccantibus: ab inflatione cum rubore & cum flauedine mixtis: à vomitu frequenti, ſeceſſúque materiæ cholericæ, in æſtate præſertim tempore calido & ſicco, ſimili quoque regione, cognoſcitur cauſa eius ex cholera.

In iſtis paſsionũ cauſis calida nocent, proſuntq́ frigida.

A tumore parum aut nihil rubente, dolore nihilominus intenſo: ab ætate, regione, & cibis phlegmaticis, quibus vſus fuit ęger, notatur cauſa guttæ ex phlegmate.

A grauedine capitis, mouentur & ſentiuntur ab ægro deſcendentes humores à capite, decurreréque per humeros, & inde per ſpinam & medullam dorſi, diiudicatur melãcholici rheumatis cauſa.

Omnes iſtæ paſsiones corrũpũt humores ſubſtantiales eo loci in quo ſunt, quo fœdantur membra.

Citò ſuccurrendum eſt, priuſquam membra nodos & tophos in iuncturis acquirãt, tum vix curari poteſt, aut nunquam eiuſmodi morbus.

In cauſa ſanguinis, cura ſit per phlebotomiam,& per frigida.

In cauſa frigidi humoris, curandum eſt calidis medicinis intrinſecus,& ſimilib. emplaſtris & vnguentis extrinſecus.

Abſtinendum eſt à craſsis cibis, maximè ijs qui ventoſitates generant.

De schiatica.

Generatur ex humoribus deſcendentibus in craſſum neruum, exiſtētem inter iuncturas ſchiæ: & nonnunquam ex glutinoſis humoribus,& viſcoſis,cōgregatis in cauitatib. loci dicti Schię. Quandoque prouenit ex ſanguine, mixto cum cholera rubea, vnde aliquando deſcendunt eiuſmodi dolores per coxas,pedéſque, vſque in talos, & in digitos extremos, vel minimum pedis.

Inde fit etiā vt nephritici, patientesq́ꝫ lapidem in renibus, ſentiant ea parte pedem indormiſcere,quia neruus, ab eo loco deſcendens vſqꝫ ad pedem, conſtipatur,vt ſpiritus ad pedes peruenire minimè poſsint.

Peior eſt iſta paſsio in ſiniſtro latere, quàm in dextro,aliquando eſt in vtroqꝫ.

Si

Si proueniat caloris causa, proderit
flebotomia, præsertim ex vena sub ca-
llo pedis, saphena dicta.

Curatur in modum artheticæ. Absti-
nendum in primis à coitu, quia rheuma
promouet, impeditq́ꝫ digestionem hu-
morum, ob amisſionem sanguinis puri
& spirituũ. Purgãdum est corpus priùs,
tum applicandũ extrinsecus remedium
super locum.

Valet ad hoc fimus bouinus calidè ap-
plicatus, siccat enim plurimùm & præ-
sertim contemperatus aceto, galbano,
sulfure, &c.

DE PODAGRA.

Podagra, dolor est pedum, & præser-
tim in talis, & in plantis, vbi nerui exten
duntur, sese mutuo etiam contingunt,
à quibus congregantur humores de-
scendentes, qui si frigidi sint & crasſi,
nerui extenduntur & intumescunt, do-
lor tamen non est vsqꝫ adeò pungens.

Accidit hic morbus deliciosis potisſi-
mùm, & parum aut nihil operantibus: &
corpus medicamentis ordinarijs nõ re-
purgantibus, edentibus nihilominus, &

bibentibus ſplendidè abundeq́; luxuriantibus,&c.

Si vere adueniat iuuenibus, curatur 40.diebus.

Si autumno, vix curatur ante hyemē, quia prima ætas lunæ eſt calida & humida, ſecunda, calida & ſicca, tertia, frigida & humida: quarta, frigida & ſicca.

Cura ſit intrinſeca, peccantis materiæ purgatio: extrinſecus verò, repreſsio per frigidiora, ſi calida ſit cauſa, etiam ſi ſit ex cauſa frigidiore, ne calidis indureſcat materia.

DE APOSTEMATE.

Eſt humorum congregatio in aliquo membro putridorum, cum tumore.

Cauſæ duæ ſunt principales, extrinſeca per læſiones, et intrinſeca, per naturales membrorum vires fortes, expellētes noxios humores ad alia debiliora membra, in quibus ſiſtunt fluxum, & retinentur ob vires expulſiuas eo loco deficientes. Aliquando retinentur in membris inferioribus, vel conſtipatis in ſuis meatibus vel ſtrictioribus, quàm ſuperiorū meatus ſunt membrorum, à quibus demittun-

nittuntur pelluntur'q; deorſum. Variæ
unt cauſæ non allegandæ hoc loco.
Ex cholera rubra, fit apoſtema, qui
uncupatur ignis ſacer.
Ex ſimplici, fit aliud, quod rodit mem
ra in quibus oritur.
Ex phlegmate, fit aliud paulum dictũ,
multa ſpurcitie, compreſsione foſſam
dmittit vt paſta, quæ nõ ſtatim, ſed ſen-
im repletur ablato digito.

Signa ſunt:

Albedo & mollities apoſtematis, lẽtus
olor, quia eſt ex frigida materia, cau-
am arguit apoſtematis ex phlegmate.
Contrà rubedo cum flauedine mixta, ca
or intenſus, dolor magnus cum punctu
is ob materiam acutã, denotat cauſam
x cholera rubea.

Durities mediocris, color paucus, aut
erè nullus, carnis eroſio vſq; ad radices
eruorum, oſſa quæ contingit ea mate-
ia rodit, ex melancholia cauſam arguit.
Si materia tota ſit extrinſecus ad ſu-
perficiem, dicitur ſcliroſis.
Si partim ſit intrinſecus pro medieta-
e, & pro alia extrinſecus, vocatur cãcer,
ormam eius habens, gibbum in medio

cum brachijs circumcirca extensis, semper latiùs extenditur, ac rodit carnem & neruos: exterius latum vulnus acquirit, interius verò acutum. Contra fistulam, quę intus largior est, quàm exteriùs. Rodentium apostematum vnum vocatur Noli me tangere, veniens in facie, paulatim erodens carnem, non ita vehementer vt ignis sacer, qui rodit omnia, nisi mox extinguatur, fistula verò non rodit solùm, sed etiam corrumpit putrefaciendo carnem & neruos, in saniem adducēs.

Aliud est apostema generatum ex varijs humoribus venenatis, varij coloris ea de causa, & vocatur carbunculus, ab ardore, dulcia medicamina his cōueniūt, ne vehementibus repercutiatur materia ad interiora.

Tandem maturantibus aperiendum, postmodū attrahendū, mundificādum & concludendum est incarnatiuis medicamentis. Contra cancrum & similia post purgationem internam vtendum est externis corrodentib. carnem emortuam: ad fistulam, exiccatiuis.

Optimum consilium, vt per phlebotomiam succurratur, nisi quid impediat,

liat, idq; ab initio, & à latere eodem apostematis, ne ex aduerso venenum trahatur ad cor. Theriaca cum vino administretur in potum, & superponatur apostemati: valet etiam theriaca ab initio sępiùs inuncta, ad aperiendum. Idem præstat vitellus oui cum sale mixtus, & superpositus, &c.

CLAVI.

Sunt magnæ pustulæ inter carnem & cutim, ortæ ex sanguine vel cholera corrupta, aliquando pręnuncia lepræ signa, si sæpiùs aduenient. Purgandum est internè ad expellēdos calidos & corruptos humores, & balneandum est cum herbis siccis, abstinendum à multo potu, laboreq; frequenti, vel continuo.

DE PVSTVLIS PARVIS, ET VARIOLIS.

Ex sanguine corrupto proueniunt, quem natura pellit ad exteriora inter cutem & carnē: pueris ex nutrimento menstrui, ne leprosi fiant: adultis in purgationem sanguinis & humorum corruptorum.

Non sunt reprimendę, sed potiùs me-

dicamentis diaphoreticis, & pellentibus expellendæ.

Cauendum in pueris, ne circa oculos materia decolans ex eis ruptis in oculos defluat, frequentibus abstersionibus leuiter factis: nec sunt aperiendæ, sed suā sponte sinantur disrumpi per naturam, nō fricationibus, ne faciem aut reliquā cutim desœdent cicatricibus.

De scabie.

Natura quandoque pellit corruptos humores ad superficiem, qui si subtiles sint, in fumum abeunt, si crassiores, sub cute manent, ibidemq́ue putrefacti conuertuntur in scabiem.

Siccitas scabiei sine purulētia, signum est causam esse choleram.

Purulenta, signum est causæ ex sanguine mixto cum cholera.

Quæ scabies generatur ex repletione, vel ex morbo preterito, vel ex splenis vitio, sæpiùs abit sua sponte.

De prvritv.

Pruritus est ex superfluitate choleræ, ad superficiem per naturam expulsæ, inter cutem & carnem prorumpente, in forma

orma paruæ ſcabiæ. Nonnunquam ex melancholia prouenit. Curatur balneis & herbis poros aperientibus, vnguentis factis cum ſucco ebuli, parillæ, fumi terræ, &c. Valet etiam ſaliua iuuenis, & fricatio nocet.

DE LEPRA.

Lepra eſt vniuerſalis & omnimoda corruptio membrorum & humorum, initium habet ex venis, finem verò ſumit exterius, in membris videlicet.

Corrupto ſiquidē nutrimento membrorū, quod eſt ſanguis, & ipſa hoc ipſo nutrita corrumpuntur facilè.

Prouenit primò ex corruptione melancholiæ factæ ex quatuor alijs humoribus, per frigiditatem & ſiccitatem, quę licet cōtrariæ qualitates ſunt corruptioni, poſt aliorum tamen humorum corruptionem operantur in corruptis, & operatio in venis, in quibus corruptio prima facta eſt, non adimpletur leproſitatis, ſed in membris, in quibus frigiditas & ſiccitas ſuam exercent malitiam.

Sed ſi humor melancholicus ex quo lepra generatur, fortè fortuna putrefie-

ret in venis, generaret potius febres quam lepram.

Quatuor ſunt lepræ ſpecies, iuxta quatuor humores permixtos.

Quæ eſt ex melancholia ſimpliciter, dicitur elephantina, quia maior eſt specie & curatu difficilior.

Secunda ſpecies eſt, quæ fit ex melancholia & phlegmate ſimul permixtis, & dicitur Tyria à tyro, qui facilè ſpolium dimittit, & ſquamas habet vt piſcis: ſic etiam tyriacus cute nudatur per ſquamarum decidentiam.

Tertia ſpecies, eſt ex ſanguine corrupto, & vulpina dicitur, ob caſum pilorũ à vulpe æſtate decidentium: ſic æger pilos amittit.

Quarta ſpecies, eſt ex cholera rubea corrupta, mixta cum melãcholia, & nuncupatur leonina, quia membra deuorat omnia ſicut leo.

Signa ſua habent, cùm generalia, tum ſpecialia.

Generalia.

Caro multùm corrupta, oculi rubei, palpebræ rugoſæ, rutilans aſpectus, naſus acutus, raucedo vocis, nodi rubei & fre-

frequentes in facie & corpore, coxarum stupor insensibilis, vnguium gibbositas & scabrositas, contractio digitorum, & manuum arefactio, anhelit⁹ corruptio, quæ sanos corrumpit, cutis vnctuosa vt aspersa aqua non madeat, non magis quàm corium vnctum, corpus semper scabiosum, & pruriẽs, diuersis etiam colorib. maculosum, pedes pustulis obducti, quas inter vna cæteris multò maior inueniatur, morbus est confirmatus.

Specialia.

Color flauus, oculi rutilãtiores, crassiores, conniuentiores, cutis asperior sępiùs crepans, maior scabies cum prurítu maiore quàm alia, leoninam speciem indicant.

Casus pilorum omnium, etiam superciliorum, sub quibus caro tumet valde, oculi plurimùm rubent, faciei pustulæ rubeæ sanguinem & pus eijcientes, & qui crassum habent nasum, malum odoratum, fœtentem anhelitum, isti vulpina lepra laborare iudicantur, præsertim cùm gingiuas corruptas habent.

Pustulæ molles, mollis cutis, pallida tumensq́ꝫ, ac relucens, necnon furfura-

cea, pediculis scatent, sputum sordidum & viscosum, constipatio narium, oculi lacrymosi, labia & gingiuæ asperæ, rau cedo vocis, sanguis emissus in clarā sub stātiam vertitur vt aquam, & residuum album, serpentinæ lepræ speciem deno tant.

Color cœruleus, liuidus in facie plum beus, superciliorum casus, rotunditas o culorum, acuitas nasi & constrictio, gr cilitas tibiarum, digitorum tumor c stupore, sectio cutis varijs locis, sangui de vena tractus est cœruleus, vel niger totus cōgelatus, signa sunt elephantin lepræ.

In causa sanguinis vt vulpinæ, phle botomia præcedat purgationem.

In alijs tribus, purgatio præcedat mi nutionem sanguinis, si hac sit opus, alic qui non minuatur.

Incurabilis est plerunq; omnis lepr sed bene palliabilis.

De morphea.

Maculæ sunt prouenientes in cute, e corruptione nutrimētorum, variorum colorum iuxta causas humorum 4. Hi

mor

morbus eſt in corde, vti lepra eſt in cute carneq́;.

Albæ, ſunt ex phlegmate.

Nigræ, ex melancholia.

Rubeæ, ex cholera vel ſanguine.

Ex phlegmate & melancholia, ſunt curatu difficiliores illis, quę ſunt ex ſanguine vel cholera.

Signa curabilitatis:

Si pellis pungatur acu, & ſanguis exierit, maculæ ſunt curabiles, alioquin minimè.

Maculæ ſunt in cute tantùm, ſed lepra eſt in cute & in carne ſimul.

Parum differunt maculę à gutta roſacea infeſtãte cutem puſtulis paruis, mollioribus, & rubeis, generatis ex ſanguine & cholera inter cutem & carnem.

Cura, eſt minutio ſanguinis & purgatio humorum internè peccantium, ſuperponendo faciei herbas coctas aperientes poros, poſtea lauanda eſt aquis exſiccatiuis & mundificatiuis, vnguentis conuenientibus, &c.

Præ cunctis valet herba fumiterræ in balneis, quæ ſcabiẽ delet, humores quoque ſiccat intercutaneos, & iuuat eos,

qui diſponuntur ad lepram.

VIPERAE VENENVM, ET ALIA PLERAQVE.

Nonnulla venena ſunt calida & ſicca, vt viperæ,& tyri. Aliqua frigida & ſicca, vt ſcorpionis Aliqua frigida & humida, vt araneæ. Et quanquam nonnulla ſunt calida,nihilominus homines morſu viperarum icti maximè frigēt, quia venenum extinguit & mortificat naturalem calorem. Patientes maxima torquentur ſiti, vt appareat ipſis, non alia de cauſa mori ſe,quàm ſiti. Dolor inteſtinorum eſt intolerabilis,oculi turbãtur,ſomnus profundus eſt, retrahuntur nerui, collũ contorquetur , inordinatiſsimus ipſis pulſus,& ex aliȷs alia ſunt accidentia: quę dicta ſunt,ab aſpide generãtur. Venenũ rabidi canis,eſt frigidum & ſiccum, melancholicum vt ipſe, ad cerebrum aſcendit. Nonnunquam poſt morſum anno integro nihil contingit homini, ſed elapſo,eodem die & eadem hora,conſequitur morſus effectum. Saliua rabidi canis in aqua ſi decidat,quæ bibatur ab aliquo,generat hydropiſin & furiam.

Signa verò ſumpti veneni inter edendum vel bibendum ſunt iſta:

Ardor maximus arripiens inter edendum vel bibendum, animi deliquium mox aduenit, intumeſcunt digiti & vngues, ſignum eſt eſſe prope cor. Quando ſaliua fremere cogit labia, lingua ardet ſudatq́ꝫ: regiones circa cor ſunt compreſſæ, oculi quoq́ꝫ turbantur, accelerādum eſt cum medicina, alioqui mors irruit.

Generalis medela ad ſumptū venenū, eſt vomitus, & poſtea cliſter: tandē potetur theriaca in vino vel aqua, idq́ꝫ tribus diebus. Poſtea purgetur, & balneo lauetur iuxta veneni qualitatē. Poſtremò ſanguis minuendus, regimen ordinādum, meatus quoq́ꝫ ad cor tendētes obſtruendi per frequentem eſum butyri.

Contra venenum ſumptum.

Remedia ſunt, nuces iuglandes & auellanæ, ficus ſiccæ, quæ venenum attrahūt & diſcutiunt, ante & poſt prandium, ea de cauſa dapibus apponuntur. Item balſamum valet, ac muliebre lac, contra ardorem veneni præſertim. Item theriaca ſummum eſt remediū: quæ ſi haberi nequeat, ſumatur theriaca ruſticorū dicta,

quę ſunt allia, & coquãtur cum gallina donec conſumatur omnino, bibaturq́ iuſculum ſæpiùs.

Item ius caulium, ſemina citria, ruta, ſal, porri, balſamum, acetum, lac leporinum, aſininumq́ꝫ, vrina puerorum, teſticuli caſtoris vel aſini exiccati, poti, caſtoreum, allium, gentiana, menta, &c.

Contra morſum rabidi canis remedia, & aliorum animalium.

Aperiendum eſt vulnus ferro vel igne, applicandæ ſanguiſugæ, vel ventoſę ad extrahendum ſanguinem. Super vulnus ponendum emplaſtrum ex nucib. iuglandibus tritis, cum allio, ruta, & ſale compoſitum. Ante omnia propinetur theriaca per ſe, vel in aqua cancrorum fluuíalium. Item cineres eorundem cancrorum cum gentiana, remedium ſunt contra venenatos morſus Contra morſum rabidi hominis, valet ius cerefolij, ceparum, ſalia, foliorum ficus, mentæ, &c. quæ cum aceto & melle ſuperpoſita conducunt.

Butyrum vaccinum comeſtum ſæpiſsimè, obſtruit meatus ad cor, ne venenum

nenum aſcendat. Item cancri ſub cineribus cocti & comeſti, cum aſini lacte. Item caſtoreum & ſulphur, quæ calida ſunt & ſicca in quarto gradu, valent contra venenum frigidum. Ligandum eſt læſum morſu membrum, vt non aſcendat venenum ad cor.

Cerebrum gallinæ, valet contra venenum, & fimus agni.

QVAE CONVENIANT PHYSICO SAPIENTI.

Medico multa conſideranda ſunt, complexiones hominum, virorum, fœminarum, ætatum, & temporum æſtatis, hyemis, &c. in adminiſtrationibus & compoſitionibus medicamentorum, cauſæ morborum, ſimplicium proprietates & qualitates, atque compoſitorum, diuturnitas morbi, vel prolixitas ab initio. Si morbus ſit occultus in profundo, videat vt medicinis ad ſtomachum attrahatur, & inde purgetur in ſeceſſum, vel per alia emunctoria.

Poſt purgationes, vtatur cõfortatiuis,

postea instauratiuis, & postremò conseruatiuis, idq; sensim, non repentè.

Melius est bis purgare & successiuè, quàm semel & repentè, violenterq;: & similia.

De febribvs pvtridis.

Proueniũt ex collectione humorum, & retentione per oppilationem, & accessione alicuius extranei caloris, quæ duo nempe calidum & humidum retenta aliquo loco, necessariò generant corruptionẽ, vt in iuuenili ætate, calida & humida, sępè fit, at in senili, sicca & frigida, vix vnquam: fumositas eiusmodi corruptionis ad cor ascendit, & inde ad reliqua membra transfunditur per venas & arterias, vnde putrida generatur febris.

Signa putridæ febris.

Materia quando diu manet in corpore, & per causas extraneas calefit, &c.

Quãdo frigus inuasit, priusquã febris.

Angustia magna per totũ corpus, dolor capitis post accessum, fœtor anhelitus, &c.

Debilitas manens in corpore post purgationem.

Incon-

Inconſtantia paroxyſmorum,&c.

De cauſis febrium.

Phlegma naturale corporis, generat quotidianam.
Cholera rubea, tertianam.
Melancholia, quartanam.
Humores compoſiti, generant febres interpoſitas, non conſtantes ſuis acceſſionum temporibus.

Signa ſunt:

Dolor capitis, os inſipidum, grauedo corporis, frigus præcedẽs calorem: ſemper renouantur, & quod peius eſt duplicantur. Cauendum ne in ethicas mutentur vel quartanas.

Medicinarum diuerſitates.

Medicina attrahit ſubtilitate ſua, & calore: hoc attrahit, illa verò penetrat, & aperit.
Reſtringit frigiditate & craſsitie. Cætera per te iudica.

SVprà diximus, plura nos de pilorum fluxu dicturos, nunc itaque de hoc, & plærisque aliis morbis, cùm capitis, tum aliorum corporis membrorum, in modũ recapitulationis tractare visum est, quò suprà positorum memoriam refricemus, non vt impleamus paginas, at potiùs eadem sub diuersa methodo repetamus duntaxat.

De capitis et pilorum defluuio.

Aspero panno fricatus locus, & citò rubeus factus, facilem curam indicat: non citò, difficilem: facilibus faciliora, econtrà difficilibus fortiora medicamina sunt applicanda.

Aliter: si post fricationem cutis, tendat ad albedinem, à phlegmate dependet vitium, si ad citrinitatem, à cholera, si ad nigredinem, à melancholia, si ad rubedinem, à sanguine: phlebotometur postremo loco, in aliis cuique sibi conueniens adhibendum est medicamentum.

Oleum vitellorum ouorum est præseruatiuum in defluuio capillorum, & etiam

etiam renaſci facit.

Abrotanum, herba capillaris videtur eſſe à phyſiognomia, quare ad defluuiũ eiuſmodi valere putatur cinis eius, & decoctio ſimul ad lixiuium facta, fomẽtationibus & ablutionibus.

De reliquorum morborum capitis definitionibus.

Pſydracia ſunt paruæ excreſcentiæ ſiue puſtulæ in cute capitis rubicundæ.

Achores ſunt ſubtilia foramina cutis capitis viſcoſum ichor emittẽtia, dicuntur etiam faui.

Soda, eſt dolor capitis, & Hemicrania.

Cephalea, dolor eſt per totum caput.

Lethargus, eſt morbus capitis ortus in cerebro, ex frigido & humido humore, in quo remanent oculi clauſi. Qui morbus ſi ſit ſine ſenſu & motu, adeſt ſubeth, lethargo comes morbus, retinetur tamen in hoc anhelitus, qui ſi deficiat, ſignum eſt potiùs Apoplexiæ.

Catalepſis, fit ab humoribus frigidis & ſiccis, in quo morbo, contrà manent oculi aperti.

Subeth, eſt ſomnus profundus ex morbo natus.

Sachara, vigiliæ, ob morbum nimiæ & continuæ dicuntur.

Obliuio magna, quæ corpori ſano accidit, prognoſticat futuram epilepſiam.

Scotomia, vel vertigo, idem.

Incubus, longo tempore perdurans, perducit ad epilepſiam, paralyſin aut apoplexiam.

Paralyſis eſt neruorum quædam ægritudo.

Tortura oris duplex, à ſpaſmo, vel à paralyſi.

Spaſmus eſt etiam neruorũ morbus, torturas membrorum efficiens.

Palpitatio, eſt ſaltuoſa membrorũ indiſpoſitio, ab inflatiua & craſſa ventoſitate intercluſa, nata.

Tremor fit per ęqualem agitationem, ſcilicet virtutis regitiuæ, & renitẽtis grauitatis corporis.

Stupor, eſt priuatio ſenſus in aliquo membro.

Ophthalmia, eſt conturbatio viſus, oculorum & aciei, & non vera dicitur: ſed vera, eſt apoſtema in pupilla ſequens coniunctiuam.

Vngula oculi, eſt cornea tunica, aliquan-

quando in ſuperficie oculi, quandoq; in profundo.

Albugo oculi, eſt vlcus in profundo, qd' ſi fiat in ſuperficie, Nephele vocatur.

Hypopium, eſt liuor qui fit ſub oculo.

Pelioma, eſt ſanguis mortuus.

Pterygium, eſt neruoſa quædam eminentia ſuperinnata membranæ, ab angulo oculi procedens, vſq; ad corneam, aucta pupillam cooperit.

Alinthiſar, eſt egreſſus vueæ, & pupillæ dilatatio.

Geſſe, eſt impotentia aperiendi palpebras, quando ſunt clauſæ, & aperiendi clauſas.

Nyctalops eſt, quando quis non videt poſt ſolis occaſum.

Algaras vel Aegilops, eſt fiſtula in angulo lachrymali oculi.

DE AVRIVM MORBIS.

Sonitus, Tinnitus, & Sibilus. Itē Surditas & Tuberoſitas, Scrophulæ & Fugiles.

Fugiles, ſunt tumores venientes poſt aures, ſcrophulis ſimiles.

NARIVM MORBI SVNT:

Fœtor narium, Polypus siue Ozena vel Hæmorrhoidæ narium.

Polypus, est humor carnosus, crescẽ in naribus ad polypi similitudinem.

Ozena, polypus est vlceratus cum fœtore.

Hæmorrhoidæ narium, sunt carnes molles in narib. natæ sine dolore, quandoq; propendentes extra nares.

Corysa narium, est destillatio proueniés ex rheumate cerebri, de qua versus:

Si fluit ad pectus rheuma, tunc dico catarrhum,
Ad fauces branchum, ad nares dico corysam.

Phlegmo narium, est apostema phlegmaticum in naribus.

Alcola, morbus est oris, linguæ, & gulæ, pueris familiaris præsertim, & aliȷs.

FACIEI MORBI SVNT.

Morphea, Lentigo, panus, macula, & gutta rosacea, iunci vel iunthi, sycodei.

Iunci, sunt parui tumores duri, qui potissimùm accidunt leprosis in facie.

Sycodei sunt eminentiæ barbæ, à quibu

bus manat ichorosa humiditas.

VOCIS MORBI GVLAEQ. SVNT:

Vuulæ tumor & duarum amygdalarum, angina & squinantia, gulæ strangulatio, bocium, &c.

THORACIS ET PVLMONIS AFFECTVS.

Catarrhus, est descensus rheumatis ad inferiora.

Tussis, est pulmonis affectus, ex catarrho descendente, vnde sunt etiam vlcera pulmonis.

Asthma, est respirandi difficultas.

Pleuresis, est etiam affectus pectoris laterinum, & est apostema calidũ, in membrana succingente costas interiùs, quæ membrana, pleura dicitur.

Quandoque fit in mediastino, qui est panniculus diuidẽs pulmonem per medium.

Quandoq; fit in diaphragmate, qui est panniculus diuidens naturalia à spiritualibus membris.

In pleura factũ apostema, verè dicitur pleuresis, & fit vtplurimũ à sanguine vel cholera, rarò verò à phlegmate vel pituita. Signa sunt, lateris dolor pungitiuus,

anhelitus difficultas, tuſsis, pulſus durus & ſerrinus.

A ventoſitate quæ fit inter coſtas, non eſt vera pleureſis.

Signa ſunt à pulſu, dolore & reliquis.

Si pulſus eſt vndoſus, non durus & ſerrinus, eſt ſignum apoſtematis in hepate, & non pleureſis.

Item in pleureſi dolor eſt pungitiuus: at in apoſtemate grauatiuus eſt.

Item in pleureſi tuſsis eſt humida cum ſputo: at in apoſtemate, ſicca ſine ſputo: color faciei hoc loco citrinus eſt, nigredo linguæ, dolorq́ſub coſtis mendoſis, creſcens in emiſsione anhelitus, & in attractione, dolor ſurculæ eius lateris inferiùs: quorum oppoſitum eſt in pleureſi.

Peripneumonia, eſt apoſtema calidū in pulmone, & poteſt fieri ex pleureſi nō bene purgata, quæ tranſit in peripneumoniam. Nonnunquā accidit ex deſcenſu catarrhi ſuper pulmonem, & aliquando ex ipſomet pulmone, malè per oppilationem diſpoſito.

Primò differt hac ratione peripneumonia à pleureſi, quòd illa fiat in membrana infra coſtas, hæc in pulmone.

Secun-

Secundò differunt, quia in peripneumonia pulsus est vndosus, dolor grauaiuus, & coarctatio, anhelitus vehemens & multùm calefactus, quæ omnia non sunt in pleuresi.

Periculosior est peripneumonia quàm pleuresis.

Empyema, est collectio saniei in pectore, & fit quandoque ex tumore pectoris, qui nõ fuit purgatus, sed est sanies in cauitatibus pectoris retenta, vt si pleuritici quatuordecim diebus non bene pur ãtur, incidunt in empyema, vt ait Hippocrat. 5. Aphoris. 8.

Phthisis, est exiccatio & absumptio corporis, ex febribus habituatis vel diuturnis, vlcerans pulmonem, quę vlceratio aut fit ex catarrho acuto, assiduè in pulmonem descendente, aut successione ex pleuresi, peripneumonia, vel empyemate, teste Hippocrate, dicente 5. Aphor. 8. vt suprà, & postmodum Apho. 15. Quicunque empyici facti sunt, si in 40. diebus bene non purgantur, in phthisin transeunt, & quãdo post sputum sanguinis aduenit sputũ saniei, sequitur phthisis, si rectè non purgetur.

Cura phthisis confirmatæ est impossibilis, Gal. iudicio 4. de loc. affect. cap. 8.

Signa phthisis cõfirmatę sunt: si super prunas catarrhus eiectus fœtet, &c. capilli cadunt, vt ait Hippocrat. 5. Aphor. 11. & latiùs Aphor. 12. eiusdem lib.

Quando in phthisi cadunt capilli, & diarrhœa superuenit, signum est mortis. Fœtor oris, abominatio cibi, & similia, sunt signa confirmatæ phthisis.

Quæ verò à descensu catarrhi est, curabilis est, vt in cap. catarrhi acuti: Cura similis eorum curæ ex quibus prouenit.

VENTRICVLI MORBI.

Ructus fumosus, calidam causam notat, acetosus verò, frigidã significat, nisi adsit amaritudo oris, quæ caliditatem etiam adesse indicat.

Sitis non semper causatur à ventriculo, sed etiam ab his quę thoracem, hepar, cor, & pulmonem contingunt.

Sitis à caliditate superflua in febribus & æstate, sedatur aquæ frigidę potu cum pauco aceto.

Sitis orta à paucitate humiditatis, sedatur aquæ frigidæ multo potu cum vi-

no m-

no modico temperatæ, vinum enim & acetum penetrare faciũt aquam eò, quo oportet: humectat vinum, & acetum refrigerat.

Sitis cum nausea, sedatur potu aquę calidæ. Hæc signa sunt originũ sitis, at medicamenta altiùs petenda sunt.

Appetitus fit ab ore ventriculi, at digestio fit ab eius fundo.

HYDROPIS CAVSA ET SIGNA.

Hydrops generatur plerunque ex hepate, & eius generationis signum est tussicula nihil expuens, tumor pedum, pauca gestio, & cum angustia, circa ventrem sunt apostemata non continuè apparentia, sed quandoque velut fugientia.

Hydropis ex lumbis causę signa sunt, diuturna pedum inflatio, & vẽtris effusio cum dolore & tremore.

Prognostica signa.

Si caput, plãtæ pedum, & volę manuũ frigidæ fuerint, venter verò, latera, & mandibulæ caluerint, malum est signũ.

Si verò totũ corpus æqualiter caleat, molle sit & suaue conuenienter, bonum est signum.

Si liuor admixtus colori viridi in vnguibus & digitis apparuerit, mortem aduenire nil dubium esto: sed si vngues infecti nō sint, cætera verò mēbra licet infecta sint, spes adhuc salutis est reliqua.

Tres sunt hydropisis species, vt Hyposarca, Ascites, & Tympanites.

In hyposarca afficiuntur omnia membra, & comprimendo digitis aliquā partem, remanet impreſsio digitorum in parte compreſſa, & hæc species carnosa dicitur. Alia est aquosa, quæ compresſionis vestigia non relinquit, & ascites dicitur, in qua tumet venter aquositate repletus, & arefiunt membra exteriora.

Tertia species dicitur tympanites, quia venter tumidus, digitis vel manu percussus, sonat ad modum tympani, & est ventosa hydrops.

INTESTINORVM MORBI.

Siphac, est ruptura inguinum, quando incipit tumor, & nondum descendit in scrotum.

Est & alia ruptura, quando vmbelicu[s] intumescit & egreditur.

VEN

VENTRIS MORBI.

Fluxus ventris tres ſunt ſpecies: Diar-
hœa, Lienteria, & Dyſenteria.

Diarrhœa, eſt fluxus ventris humora-
s. Lienteria, eſt ventris fluxus & cibi in-
igeſti, abſque admixtione alterius hu-
oris, item abſque punctione & dolore:
ut exit cibi indigeſti portio, vel humo-
is corrupti cum punctione & dolore.

Dyſenteria verò dicitur, quando cum
geſtione exeunt diuerſa.

Excoriatio inteſtinorum, eſt dolor
bradens in ſuperficie intrinſeca inteſti-
orũ: quod radit, eſt aut cholera, & ter-
inus generationis vlceris per ipſum,
unt duæ hebdomadæ: aut eſt materia
aurachia, & terminus vlcerationis eſt
en ſis: aut eſt humor melancholicus, &
t eius terminus quadraginta dierum
oſt initium fluxus, antequam excoria-
onem faciat.

Species excoriationis ſunt 6. vt, ſangui
ea, virulenta, ſanioſa, curathia, muco-
, & corticalis.

ANI MORBI.

Tenaſmus eſt fluxus ex vulnere recti

inteſtini. Eſt & exitus inteſtini recti.

Alia eſt colica paſsio, alia cholerica. Colica paſsio fit in inteſtinis, plerunque ex ventoſitate in ipſis incluſa & conueniens eſt, initio operari cliſterijs ventoſitates carminantibus.

Cholerica verò paſsio, eſt pũctio, quæ ſentitur in ſtomacho cum triſtitia & abominatione, ex indigeſtione materiarum corruptarum orta.

RENVM MORBI.

Signa renum apoſtematis calidi ſunt, febris inſeparabilis habens inordinatas cõmotiones, cum dolore, qui mouetur & ſedatur; ꝓpriè in aldubellari augetur dolor, iacendo ſuper latus oppoſitum.

Nephritis, eſt paſsio veſicæ ob lapidẽ.

Inter vlcera renũ & veſicæ, hęc eſt differentia, quòd in vlcerib. renum non impeditur vrina, & cortices exeuntes ſunt rubei, aut exeunt rhũbi ſanioſi, oblongi.

In vlcerib. aũt veſicæ impeditur vrina, & cũ difficultate & ardore mingitur, & cortices egredientes ſunt albi, lati, aut craſsi: dolor hoc loco vehemẽs eſt, vt parturientis, cũ frequenti mictu ſanguinis, minoris tñ quantitatis & miſtionis, quã vrina.

In

In vlceribus vreterum, pororum cor-
ces exeunt parui, albi, & tenues.

Cortices ſine ſanguine & ſanie, ſignũ
ãt excoriationis: cum ſanie, ſignum eſt
lceris.

Vrinæ retẽtio fit propter debilitatem
xpulſiuæ, aut oppilationem.

Experiẽtia fit hoc modo: ſitua collum
eſicæ inferiùs, & comprime pectinem
anu, ſi exeat vrina, erit retentio ex de-
ilitate virtutis expulſiuæ: ſi non exeat,
t ab oppilatione, quę fit, vel ob tumorẽ
olli veſicæ, vt obſtructa ſit via, vel nata
t in meatu verruca, vel caro ſuperflua,
el obſtruitur à lapillo calculoſo, vel à
nie craſſa, ſanguinéve.

Diabetes, eſt paſsio veſicæ, in qua ma-
r eſt quantitas vrinæ, quàm potus: e-
ittitur ſicut bibitur, cũ ſiti valde cla-
oſa, & alui ſtipticitate, dicitur pro-
riè fluxus vrinæ.

PARTVS MORBI.

Signa fœtus mortui in ventre matris,
unt hęc: mamillę detumeſcunt, infrigi-
atur ſumen, ſiue locus inter vmbeli-
um & pectinem: quando reuoluitur de

latere ad latus, ſentit quaſi lapidem ca
dere ad aliud latus. Hippocrates in lib
de ſuperfœtatione: Si mulier prope par
tum cauos habeat oculos, toto corpor
vultuq́ꝫ decolore liuidoq́ꝫ ſit, pedes tu
geant, albas auriculas habeat, & nares a
cutas, labiaq́ꝫ liuida, hæc partum geſta
mortuum, vel malè viuentem, & exan
guem, aut nō victurum, & tanquā mor
boſum, & immaturū ante tempus edet.

Matricis morbi.

Signa inflationis ex apoſtemate ma
tricis, lumborum dolor, & circa ma
tricem pruritus in natura & in ventr
humidior eſt mulier, & rheumaticam
factam percipit.

Cancri matricis ſigna ſunt, dolor i
ventre, & pudendo, veluti ſi ſpina infix
eſſet, effuſio ſanguinis cum vrina.

Hydropis matricis ſigna: nares mu
coſæ, oculi nigri, torpor per loca calida.

Tumoris in matrice ſigna, ſi repletu
mulier nimijs vlceribus, extrema ocu
lorum fiunt ſanguinea, febres aſsiduæ
acutæ ſunt.

Gonorrhœa, eſt inuoluntarius exitu
ſemi

ſeminis ſine virgæ tenſione, fit à debilitate retentiuæ, fortitudineq́ expulſiuæ, ſeminis quoque abundantia cum tenuitate.

Priapiſmus contrà, eſt magna tenſionis erectio abſque deſiderio coëundi, vel ſine calore: & eſt paſsio veretri, vt Gonorrhœa vaſorum.

Ani morbi.

Condylomata, ſunt hæmorrhoides ſiccæ, & tuberoſitates ani ſparſæ ſine pede, à quibus nihil manat ſanguinis, ſed interdū humiditas aquoſa tenuis. Cùm verò ſanguis emanat, vocantur hæmorrhoides.

Phlegmones in ano, ſunt retentiones hæmorrhoidum, vt apoſtemata venarum ani.

Ragadiæ, ſunt ſciſſuræ in orificio ani.

Venena sumpta.

Si vitellū oui cum ſuo albo in vrinali ponas, cum eius vrina, qui venenū ſumpſit, & infra paucas horas nigreſcit ac fœtet, ſignum eſt, venenum tranſiuiſſe gibbum hepatis.

Si rugosum fiat ac citrinescat, & non foeteat, signum est, quòd nõdum transiuit intestina. Contrarium si fiat, intestina transiuit, & tunc non confert prouocare vomitum.

RABIDI CANIS MORSVS.

Cognoscitur, si morsuræ superponatur nucleus nucis contusus per horam, postea detur gallinæ, si noluerit edere, vel comederit ac moriatur, signum est canẽ fuisse rabidum: si comederit, & nõ moriatur, talem non fuisse.

Idem fit cum pane qui cani datur, si moriatur, vel non, idem iudicatur.

FEBRIVM GENERA ET SIGNA.

Tria sunt genera, vt earum sunt etiã subiecta tria: Spiritus, humores, & solida materia. Vnde sunt ephemera spiritualis, putrida humoralis, & hectica materialis, quando in aliquo dictorum subiectorum accenditur calor.

Signa trium:

Vrinæ concoctio die prima apparens, caloris suauitas, in declinatione sudor leuis, vel vapor suauis, signa sunt ephemerę. Fiunt semper à causis procatarcticis,

cis, ſcilicet ira, labore, vigilijs, timore, motu, fame, anguſtia, mœſtitia, & ſimilibus.

Humoralis ſigna ſunt diuerſa, pro humorum diuerſitate conſideranda.

Poſt duas horas à cibo, ſi multò calidiores apparent, vt calci nõ extinctæ per iniectionem aquæ contingit, ſignum eſt hecticæ, puræ & ſimplicis.

At ſi paroxyſmus ſoluatur ſudore, vel vaporatione, & tangentibus nihilominùs ęger temperatus videtur, cùm tamẽ arteriæ cæteris partibus corporis valde calidiores exiſtant, ſigna ſunt complexæ febris ex putrida & hectica.

Putridæ febris & humoralis curatio tripliciter fit. Primò curantur vt febres: ſecundò curatur cauſa febris: tertiò virtus conſeruatur. Vt febris curatur frigidis& humidis. Cauſa cõſideratur, an ſanguinea vel ſanguini ſit admixta, tũ phlebotomia neceſſaria eſt, & ſola quandoq; curat, aluo priùs lenita, ſi opus ſit. Si non ſit ſanguinea, nec admiſta ſanguini, purgatur materia ſuperflua lenitione ac digeſtiõe pmiſsis. Deinceps, vbi videbitur pfutura phlebotomia, adminiſtratur ſ.

ante purgationem: nam & ipſa eſt communis humorum euacuatio.

In interpolatis, aut ſynochis febrib⁹, phlebotomiam adminiſtrandã eſſe cenſet Gal. in declinatione paroxyſmorum: rectiùs tamen putat in die quietis: tandem alterãdam eſſe intemperiem, ſi poſt euacuationem adhuc maneat, & danda ſunt ea, quæ oppilationem aperiunt, ſudorem prouocant & vrinam. Lib. de curatione per ſanguinis emiſsionem.

Habitatio multùm clara, lucida & calida corpus laxat: contrà obſcura ac frigida cõſtringit, media eſt igitur eligẽda.

In tertianis, cholera rubra rigorem & febrem facit.

Regulæ criticæ:

Si tertianam patienti ſuperueniat dolor capitis primo die, fit difficilis in quarto & quinto, & terminatur in ſeptimo die.

Si incipiat dolor capitis die tertio, fit difficilis in quinto, & terminatur in nono vel vndecimo.

Quibus incipit in quinto, remouetur in decimoquarto. Gal. 3. de Criſib. cap. 11.

Criſis

Crisis facta in die pari, notat recidiuam futuram.

Quæ crisis fit ante diem criticam, in longum producit ægritudinem.

Habẽtibus temperiem calidam & siccam, aduersum est ieiunium. Sed panis in vino mistus calidè sumptus, in paroxysmorum principio quandoque valet, quãtò magis remedia hoc tempore, propter frigoris rigorem, qui hoc ipso debilitatur.

Quotidianæ febris rigor, causatur à phlegmate non putrefacto: à putrefacto autem accenditur febris.

Hac de causa in principio quotidianæ non fit rigor nec horripilatio, sed frigus in corpore & extremitatibus eius. Pulsus fit diuersus, in principio inordinatus, etiam in augmento: & non est pulsus frequens & velox, sicut in tertiana, neq; fortis, nec sentitur inflammatio, vt patiens cogatur sese discooperire in lecto: Non habet sitim neque appetitum aquæ frigidæ, nec anhelitum magnum: vrina est alba, subtilis, aquosa, sic in quartana.

In quartana semper fienda phlebotomia, exigente necessitate, ex communi

vena brachij sinistri. Si sanguis sit rube
& subtilis, claude: si niger, sine exire fa
cta vniuersali purgatione à concocta ma
teria, & prouocato vomitu à cœna: se
quenti die dandus est succus absinthi
ad temperandum melancholiam, & an
te duas horas inuasionis detur theriaca
quia sanat. Qui exhibent theriacam an
te concoctionem materiæ, ex simplici fa
ciunt duplicem, & ex duplici triplicem
teste Gal. in fragmentis theriacæ.

Pulsus quartanę in principio paroxys
mi est paruus, debilis, tardus & rarus.

Febris cõposita hemitritea, fit à quo-
tidiana, continua, & tertiana interpola-
ta, & dicitur minor hemitriteus.

Medius hemitriteus, fit à tertiana con
tinua & quotidiana interpolata.

Maior fit à quartana, quotidiana &
continua intermittente.

Temperati calido & sicco, facilè incur
runt hecticam, pręcipuè degentes vitam
in laboribus, vigilijs, ieiunijs, solicitudi-
nibus, ira, tristicia, & æstate maximè, &
in regione calida.

Hactenus de Physicalibus.

CHIRVR-

CHIRVRGICALIA.

APostemata sunt consideranda multipliciter, in principio scilicet, medio & fine status. Si materia nondum peruenit ad locum emunctorij tumidi, possunt applicari repercussiua: alioquin existente materia in medio status apostematis, & in emũctorij loco, periculosum est repercutere materiam, præcipuè malignam, intrò ad aliquod membrorum principalium, contra intentionem & operationẽ naturæ, quæ molitur exitum extrinsecus. Notandum etiam in principio, cũ vsurpantur repercussiua, intrò tutissimum esse propinare etiam intrinsecus attrahentia medicamina, & euacuantia materiam repercussam.

Apostematis materia existente in statu perfecto, necessaria sunt magis resoluentia cum mollientibus, sicut anetum, chamœmilla, maluauiscus, semen lini, diachilon, & emplastrum de colcotare, quod exiccat sine dolore.

Quando tendit ad exituram, vel saniositatem, dolor & inflammatio mitiganda sunt, & exitus adiuuandus,

Si videatur velle resolui, & nō exitum petere, bonum erit vti medicamentis, vt in repercusſione, intro attrahentibus ac purgantibus, ni fortè in peſtilentibus, tum ſummè repellentibus à corde longè ſemper ad exteriora tutiſsimum erit vti.

Apoſtema molle phlegmaticum, dicitur vndemia.

Scirrhus, eſt apoſtema durum, ſenſu carens omni, & dicitur purus: alius eſt, qui ſenſum aliqualem habet, & dicitur non purus, vtrunque apoſtema fit à melancholia feculenta ſola, radicali, & huius color eſt cineritius: aut ſi oriatur à melancholia mixta cum phlegmate, color eſt vt melancholiæ.

Si puro ſcirrho ſuperueniant pili ſubtiles, exiſtimatur inſanabilis.

OSSIVM AFFECTVS.

Diſlocatio, eſt integra egreſsio oſsis à loco ſuo, qui eſt ei naturalis, iuxta locū eius quod ei vicinum exiſtit.

Separatio, eſt egreſsio oſsis, vt ſuprà, ſed non integra, vnde torſio dicitur.

Elongatio, eſt abſque vlla egreſsione, ſed

ſed ſolius vertebrę à pyxide elõgatio, ita vt membrum videatur appenſum, per elongationem ligaméti iunćturæ, & hæc plurimùm accidit ab adiutorio in coxa, & adiutorio relaxante.

Signum vniuerſale diſlocationis iunćturæ, eſt immobilitas iunćturæ, cum eminentia in vno latere, & concauitate in eius oppoſito.

Quãdo iunćtura ad omnes partes poſitionis, & ſui motus naturalis inclinata, ſine difficultate mouetur, non eſt diſlocata neque ſeparata.

Separationis ſignum eſt, quando iunćtura non eſt omnino motu priuata, & concauitas in vno latere, & eminentia in altero ſunt paruæ, ſignũ eſt manifeſtum elõgationis, eſt enim tanta vertebrarũ à pyxide elõgatio, vt digitus inter eas manifeſtè poſsit imponi. Quibus os palati diſlocatur, his media naris deprimitur.

VLCERVM RATIO.

Vlcus, eſt ſolutio continuitatis in carne, quæ pus facit & ſaniem.

Pus ab vlcere manans ſubtile, virus dicitur: & craſſum inde manans, ſordes.

Virus exiccatione, ſordes abſterſione egent.

Vlcus profundũ cum duritia, carnis carnoſitate, & calloſitate circundante ipſum, eſt fiſtula: ſine duritie verò, eſt vlcus carnoſum ſeu cauerna.

Vlcus ſuper quod eſt durities apparẽs, eſt oſtracoſum.

In fiſtula ſubtilis ſanies ac tenuis, & citrina, ſignum exhibet ad os penetrare. Si feculenta ſit ſanies, ad venas pertingere notat. Sanies verò viſcida, craſſa, turbulenta, & cruda, eſt ex carne.

Vlcera, à quibus circumcirca pili cadunt, dicuntur mollia.

Pili, curandum inter, qui ceciderunt circum vlcus, ſi renaſcantur, bonum ſignum eſt.

Cvtis.

Saphati, eſt incipiens bothor, & ſunt puſtulæ paruæ fixæ, leues, diuiſæ in numeratione locorum: deinde exulcerantur vlceribus cruſtoſis, & ſunt ad rubedinem decliues: quandoq; emittunt virus, & dicitur reſgrengi ſaphati humida: quandoque incipiunt ſquamæ ſiccæ. Si in

in hyeme apparẽt, auferũtur velociter.

Pustulæ albæ, instar guttarum lactis, sunt bothor, quę apparent in facie, & super nasum.

Impetigo parum differt à saphati sicca, maligna, & corrosiua, est enim à phlegmate salso per adustionem, & melancholiam.

Cornua, sunt additiones spissę in modum verrucarum, quæ nascuntur super iuncturis in extremitatibus: duræ sunt vt claui, & aliquãdo nascuntur sub planta pedis, & sub pollice, &c.

VENARVM NOMINA.

Cephalica manus, vel humoralis manus, est vena iuxta pollicem vtriusq; manus, quæ progreditur ex cephalica brachij. Potest etiam in brachio laxari, & apparet supra medianam.

Epatica manus, vel saluatella dextra, vel syele dextra, est vena iuxta minimũ digitum manus dextræ.

In manu verò sinistra vocatur lienaris manus, vel saluatella sinistra manus, aut syele synistræ manus.

Basilica, Epatica, Iecoraria, est vena

cubiti interior, & axillàris eſt vena vtriuſque brachij ſub mediana, quæ quidem in ſiniſtro brachio lienaris brachij ſiniſtri dicitur.

Media, mediana, communis, mater, nigra, vena cordis, eſt in vtroq; brachio, quæ medio loco eſt inter cephalicã brachij & epaticam, vel baſilicam.

Cephalica brachij, eſt vena quæ conſpicitur in brachio ſupra medianam, & dicitur etiam humoralis, vena cubiti exterior, quæ extenditur vſq; ad pollicem: ibidem laxari poteſt.

Saphena pedis, malleolaris interior, eſt vena pedum ſub internis talis vtriuſque pedis, & extenditur vſque ad maximum pedum digitum.

Paralytica, vel ſchiatica, eſt vena iuxta minimum digitum pedis ſub externo talo, & prope digitum dictum. Sed ſub talo dicitur malleolaris exterior: eundẽ habent ramum, vt vna pro altera laxari poſsit.

Baſilica pedis, eſt vena maximi digiti pedum, quæ progreditur ex ſaphena malleolari interiori.

De peste.

Peſtis, eſt aër intemperie venenatus, qui ſi hominis chaos ſubintret, ibidémque humores ſibi ſimiles, i. improportionatos generet, & præſertim ſanguineos & cholericos, id eſt, abũdantes, humidos & calidos, in iſtos irruens ob ſimilitudinem, eosq́ꝫ vincens, ebullire, putreſcere quoqꝫ facit, quod communiter die tertia ſolet accidere: & vbi iam receperunt veneni naturam, habent qualitates in ſe calcis & arſenici, quorum effectus ſunt, putrefacere, rodere, ardereq́ꝫ intus & extrinſecus. Tribus igitur iſtis operationibus peſtis, internè potiſsimùm eſt apprimè reſiſtendum.

Cauſas friuolas & naturales Doctorũ relinquentes, ad veram & certiſsimam, vtpote ſupernaturalem, dominiq́ꝫ flagellum propter peccata nos conuertamus, & remedia primũ à ſecuriſsimis quæramus per pœnitentiam & orationem, deinceps media quæ De⁹ in natura poſuit, non aſpernemur.

In duobus negotiũ hoc maximè conſiſtit, in præſeruatione ante correptio-

nem, & in curatione post ipsam. Diximus priùs intemperiem agentis & pestiferi veneni aërei, hominis aëreum chaos penetrare, quem si reperiat intemperatum, cõmiscetur, debellat ac vincit: contrà, si validum & temperatum inueniat, commisceri non potest, sed repellitur ac cedit. Quapropter administranda sunt, quę temperiem in humano corpore conciliãt, scilicet temperata in præseruationé, p̃missis quibusdã euacuationib. per clisteria primò, deinceps per os assũptis remedijs. Accidit aliqñ, vt qui temperaturæ bonę sunt, venenũ absq; vllo sui periculo suscipiant, & in alios transferãt, vti ferrũ ignitũ stupam incẽdit dispositã ad ignẽ suscipiendũ cum dãno, tamen illæso ferro. Sed ignis quandoq; vehemẽter accensæ fornacis, ferrum etiam excãdescere facit, ac viride lignum æquè ac siccum incendit vtrinq;: sic & vehemens venenum, temperatissimos etiam arripere solet. In summa, non est respectus, vbi castigatio locum habet: quæ pro paternæ visitationis amore & cum gratiarum actione habenda est. Nam morti semel in hac vita caduca subiecti sumus,

quid

quid refert cuius qualitatis, modò à Deo sit immissa: nec pilus de nostro capite decidet præter eius voluntatem, qui nostri curam gerit magis, quàm filiorum in hoc seculo pater mortalis.

Pestis synonyma & differentia:

Pestilentia, pestis, epidemia, endemia.

Pestilentia, est mutatio aêris à substantia & natura propria, & qualitate, in putredinem vel pessimam qualitatem vniuersaliter multùm pestiferam.

Pestis, est cōtagium, quod cùm vnum apprehendit, celeriter in multos transit.

Epidemia, pestis est quæ subitò euenit.

Endemia verò paulatim: & est, quando ex aëris mutatione (quæ fit, aut ratione loci habitabilis, aut ex diuersitate & malitia aquarum aut terræ) fit in multis idem genus ęgritudinis paulatim.

Bolus armenus valet contra pestem, sed vino admixtus, non in principio curæ, nisi post purgationem, vel cum ea, & tutiùs.

Optima cura: primò si detur clistere lenitiuū, & carminatiuum ventositatis, sed per vesicam, & nō per syringem. Deinde administretur purgatiuum eorum

quæ sunt in stomacho & intestinis.

Præseruatiua medicina est, vt dissoluantur boli armeni drachma s. aut scrupuli 2. cum vncijs 2. aquæ rosaceæ, & vncia s. vini, & biba ur manè, si vis, meridie, & media nocte. Eodem etiam modo potest exhiberi terra sigillata, vel axungia solis.

In regimine curatiuo.

Statim atq; vocatus à principio, detur ditioribus ex bezuardicis, alijs drachma 1. trocisci de camphora cũ rob de citris, aut syrupo acetositatis citri, vel aqua acetosæ, vel rosarum, & hoc per quatuor horas ante prandium, nisi deficiat appetitus, tum nocet camphora, eius loco sumatur bolus armenus.

Si bubo apparuerit à principio febris, phlebotomia prodest, sin minus, 2. vel 3. diebus aut 4. pòst, nocentissima.

Cauendum est in febribus pestilentibus à solutiuis medicinis, quia trahunt à membris exterioribus ad cor & centrũ à circunferentia: sed potiùs repellentib9 à centro vtẽdum esset, vel cassia & manna cum syrupis cordialibus repressiuis.

Cauendum à repercussiuis super apostemata,

ſtemata, ſicuti ſunt oleum roſatum, acetum, &c. imò attrahentia ſunt applicanda, ventoſæq; cũ ſcarificatione, vel ſine.

De curis bullarum & carbunculi peſtilentis.

Nonnunquam internè manent abſq; manifeſtatione, vel tardiùs apparent, nihil poſt febris primum acceſſum morandum eſt, ſed adhibenda ſunt expulſiua diaphoretica tantũ, & nõ ſolutiua medicamina, quibus propellatur, ſi quæ bulla internè lateant.

Si apparuerint, vel ſignũ aliquod, applicetur attractiuum, theriaca andromachi, cum ſucco rutæ mixta, & in cæpe excauata decocta ſuperponatur.

Item emplaſtrum ex melle, fermento panis, farina, fimo columbino, & aceto mixtum.

Item in emplaſtri diachilon vncia vna permiſceatur gummi ammoniaci, galbani, ana vncia vna & ſemis, & ſuperponatur.

Mollificatiuum ſequatur hoc,

Ceparum, & alliorum coctorum ſub cineribus, radicum liliorum alborum, dialtheæ ana vncia j ſs. fœnugræci, ſeminis lini ana vnc. j. Maluæ manip. ij. fi-

cus numero iiij.fermẽti panis vnc.j san
guinis porci masculi q. s. pro formand
e mplastro.

Ad carbunculum.

Saponis albi Veneti, theriacæ Andro
machi, mithridatij ana vnc. ss. fuligini
nigræ vnc.ij.croci, salis fossilis ana dr.ij
mellis rosacei vnc.j. vitelli ouorum nu
mero iij.fiat emplastrũ, & superponatu
Dilatationem prohibet, & separat à car
ne bona corruptã, vt inde decidat, qu
ablata, locus inungatur butyro cui sac
charum permixtum sit.

Inunctio circum bullas & carbuncu
los: vnguentum rosatum cum bolo ar
meno permixtum, vel succis solani, &
plantaginis.

Syrupus acetosus, si reperiri nequi
supplebit acetum vnà cum aqua & sac
charo permixtum.

Remouent à corde venenum.

Semen cardonis benedicti, ambra v
carabe cũ vino pota, radix palmæ Chri
sti cum vino.

Constringunt statim vias pectorales, ne veneno pateat aditus ad cor:

Terra sigillata, & bolus armenus,
quam

quamuis vtrunq; valet aduersus venenum & pestẽ, vtuntur tamẽ in hoc morbo potiùs bolo, & in alijs venenis terra sigillata, cum modico boli dicti, & granorum iuniperi, acetoq; diluto, quod optimum est ad pestem remedium, estq; vomitiuum in eiectionẽ veneni. Quos tamen arripit morbus cum sputi abundantia, his non cõuenit bolus armenus, sed potiùs pectorales medicinæ humiditates superfluas educentes per os, in sputũ. Vbi phrenesis in hoc morbo metuẽda sit, admoueatur frõti aqua rosarum, cum aceto rosarum, & nisi metuas nimiam somnolentiam, addatur parum camphoræ: somnus enim in hoc morbo maximè vitandus, quia retrahit venenũ retrorsum. Sex horæ vel quinque per diem & noctem sufficiunt.

Solent fieri rupturæ ante & post bullarũ apparitionẽ. Si apparuerit circa aures signum, circa aures applicetur ruptorium collo, in posteriori parte eiusdẽ lateris, in quo signum est.

Si in brachio, ruptoriũ applicetur musculo eiusdem brachij, vel prope pulsum; non tamen supra,

Si in inguinibus, pone iuxta cauilli
hoc est, sub talum eiusdem lateris.

Alibi cùm apparuerit, applicetur su
signo per distantiam digitorum sex, m
dò non ponatur supra pectus.

Si fuerit in gula à parte anteriori, po
natur à posteriori parte in collo videl
cet. Si tamen in posteriori parte sit, no
ponatur in anteriori, sed potiùs sub loc
signi.

Tam diu permittatur ruptorium su
pra locum, donec bullam fecerit aut v
sicam, quam aperias & superponas bu
tyrum & folia caulis, & spongiam intin
ctam isti decoctioni.

Chamomillæ, brictanicę, meliloti, sc
biosæ ana manip. j. bulliant in lib. ſs.
quæ ad medias: venenum attrahit ha
aqua, renouato sæpiùs madefactione
spongiæ, & superpositionem vsq; in fi
nem curæ.

Ruptoria simplicia sunt:

Vitriolum, arsenicum, calx viua, fl
æris, vincetoxicũ vel asclepias, nux ran
cida, cordumenium, antipharmacum
cuscuta, calx cum sapone fullonum, cy
noglossa, fermentum cum lixiuio ga
banus

banus, euphorbium, cauda equina, ster-
tora columbarum, anserum, anatum,
accipitris, &c. nasturcium, limacia viua,
raphanus, viscum, centinodia, vitis al-
ba, mentastrum, flammula trita, vrtica,
sinapis, pyretrũ, vitellus oui cum multo
sale, sal gemmæ, &c.

Composita ruptoria sunt:

Ficus, ireos, grana tritici partibus æ-
qualibus cõtusa, citò maturant, fermen
tum cum oleo, saleq́;.

Pix cum passulis & melle, vitrum pul-
ueratum cum therebinthina, oleũ cum
cineribus bullitum.

Fortiora: Nasturcium cum oleo & sa-
le, fermenti vnc. iiij. sinapis, rutæ scabio-
sæ absynthij ana manip. j. rad. liliorum
alborum ad partem tertiã, vitrioli dr. ij.
galbani vnc. j. coquãtur in emplastrum.

Ad temperaturam.

Compositio maximè valet ex aloë,
myrrha, & croco.

Item pillulæ hæ:

R myrrhæ, croci, boli armeni, carabe,
corallorum rub. ana dr. j. emblicorum
dr. ij. aloës lotæ ad pondus omnium: fiãt
pillulæ cum vino albo odorifero, loco

emblicorum poni possunt terræ sigill[illegible]tæ, vel axungiæ solis dr. ij. & boli arme[illegible] dr. iij. in suprà dictis pilulis factis cu[illegible] acetositate citri. Sumantur cum vino a[illegible]bo, aqua rosata, aceto rosato, &c Sed pr[illegible]mis duobus dieb⁹ in hebdomada sum[illegible]tur theriacæ optimæ à prouectis dr. j[illegible] minoribus dr. ſs. vel scrup. j alijs post[illegible] diebus tribus sumatur dictarum pilu[illegible]larum j. manè, & vesperi j.

Qui dubitaret aloëm nimiùm aperi[illegible] poros, hanc pilularum compositione[illegible] sumat, omni tempore, etiam calido.

℞. Zedoariæ, ligni aloës, agrimoni[illegible] croci, aristolochiæ rotundæ, dictami a[illegible]bi, gentianę, corticum citri, seminum c[illegible]tri ana scrup. j. coriandri præparati, to[illegible]mentillæ, santalorum rubeorum, cora[illegible]lorum rub. rosarũ rub. spodij, emblic[illegible]rum ana dr. j. terræ sigillatę dr. ij boli a[illegible]meni dr. iiij. fiant pilulæ cum acetosit[illegible]te citri, & administrẽtur cum vino alb[illegible] & aceto rosato albo, & aqua rosarum.

Electuarium simplex.

Sumantur boli armeni dr. ij. terræ s[illegible]gillatæ, corallorum rub. ana dr. j. cort[illegible]cum citri, zedoariæ, croci ana dr. ſs. sa[illegible]

cha[illegible]

chari rosati ex rosis rubeis conditi vnc. vj. acetositatis citri vnc. x. fiat elect.

Prædictis compositionibus addi possunt pro ditioribus, smaragdi, hyacinthi, topasij ana partes æquales iuxta proportionem ad dr. ß. vel scrup. Dicunt eiusmodi lapides præparatos, tritos & lotos ad modũ lapidis lazuli iuxta Mesuen (& tum fiant pilulæ cum succo acetosellæ) vocari Bezoar, id est, liberatores à morte.

Laudant granatos, sapphiros, carbunculos, &c.

Pauperibus omnino datur panis bene tostus, intinctus aceto, cum modico herbæ rutæ, & aliquando cum portiuncula cepæ, & postea parum vini puri bibendum.

Vel datur eiusmodi panis tostus intinctus aceto rosato, cum pauculo cinnamomi, superbibito modico boni vini: modò vna rerum, modò altera debet administrari, iam dictarum, ipsis diebus quando non sumitur theriaca, neq; pilulæ dictæ.

Pauperibus & aliȷs datur dianucum ficubus, iuglandibus nucibus, ruta,

ac modico ſale confectum electuarium

Octo ſunt herbæ, vel ſeptem principales ad peſtem. Prima eſt perforata: ſecunda vincetoxicum: tertia inula: quarta raphanus: quinta dictamus: ſexta ariſtolochia: ſeptima lactucella: his additur a Arnaldo herba tunici.

Quæ ſiccant venenoſas humiditates ſunt ſcabioſa, meliſſa, vel ipſarum aquæ.

Siccant & refrigerant valde endiuia, roſa, plantago, acetum roſatum, aqua vel ſuccus acetoſellæ, ſuccus limonum, cedri, aranciorum, cichorię, pimpinellę, fumiterræ, &c.

Temperatè ſiccãt, borrago, & bugloſſa, vel aquæ.

Singulis eiuſmodi decoctionibus imponenda pruna damaſcena, myrobalani, & tamarindi.

Quatuor iſta cunctis remedijs optimè conueniunt, vinum album, acetum album roſatum, aqua roſata, crocus pauxilla quãtitate, reliquis trib. æqualibus.

Fumigia ſunt: terebintina prę cęteris, iuniperus, laurus, ſaluia, roſmarinus. Calidis temporibus admiſcenda frigida, ac ſuperent, frigidis verò calida magis. Maximè

ximè vitandus aër in ortu, occasu, meridie, & media nocte, quia sol his 4. vicib⁹ aërem mutat.

Regnare solet vere pestis, in ęstate magis, & plus in autumno.

Cauendum à sudore, ob pororum nimiam apertionem, qua externo fit aditus aëri pestilenti ad interiora. Item vitãdum etiam est frigus maximè post calorem, ob oppilationem & constrictionem pororum, quia materia putescens intus exire prohibetur, cùm expellit natura sese iuuare conata.

Sanguinis missio in præseruationem, repletis tantùm & sanguineis pletoricísve conuenit: idq; ex basilica dextra primùm, & deinde post mensem ex basilica sinistra, suis temporibus.

Purus minuitur oriente sole.
Cholericus, meridie.
Melancholicus, in occasu.
Phlegmaticus, nocte media.

Sed die præcedenti fiat clistere, & exhibita sit medicina non purgans, sed sanguinem emendans, quæ quidem longè melior est phlebotomia, quia non sine bonorum spirituum & sanguinis opti-

mi fit euacuatio talis.

Pueros conseruant medicaméta, qu sunt aduers⁹ vermes, vt dictami Crete sis dr. j. vel semis cum vino stiptico, se mel tantùm in septimana administrata

Signa & indicia correptionis.

Quum his temporibus febrem adesi cõspexeris, moram trahere signa exam nando minimè tutum est, sed mox pesti lentiæ cura est administrāda, nam quan diu durat aëris contagiosa influentia, o mnis humor superfluus facilè inficitu tum etiam quod ad eiusmodi febres va let, alijs quoque proficuum est remediū

Contingere solet, vt eo tempore null ferè præter pestem ægritudo appareat quod si apparuerint, remittitur, & ple runq; tum cessat ipsa pestis.

Febris continua absque ordinata & manifesta declinatione, cum magna an helitus & pectoris angustia, & cum re pentina pulsus debilitate, cúmque vni uersi corporis grauamine, præcipuè ca pitis, phrenesi, anxietatibus, ardore, siti sanguineis maculis pluribus in locis cum vrina crassa, turbida, qualis est iu men

mentorũ. Signa tamẽ quandoq; fallunt.

Infantes & pueri hoc tempore, si laborent vermibus, de peste suspicandum est, quia vermes & putredo quæuis est materia, non secus ad pestem disposita, quàm sulphur ad ignem.

Fallacia est, quòd clara nonnunquam apparet vrina, quia nondum ad hepar pestilentes pertingunt humores.

Itẽ apparebit modica febris, eò quòd venenum nõ erit in humore calido, quo fit vt non diffundatur ad superficiem, & inde statim moritur patiens, nisi depellatur à corde venenum, tanquam à centro ad circunferentiã aliquo expulsiuo medicamento.

Videbitur interdum æger esse restitutus, eò quòd natura in primo aggressu venenum à corde per se repulerit, tamen quia non succurritur arte medica, paulò pòst spiritu iam ob conflictum destituta, in secundo veneni congressu, potens non erit resistere.

Quamobrem tantò vehemẽtiùs ac diligentiùs agendum erit medico, quantò magis cõualescere videbuntur ægri, post correptionem iuuando naturam.

Cura post correptionem:

Vtendum ſubito aliquantulum infrigidantibus & exiccantibus, nam roborant cor & vias prꝫcludunt ne venenum ad ipſum perueniat. Cauendum igitur ab initio eſt ab aperitiuis remedijs, ea de cauſa, tum ne ſpiritus auolent à corde patefacto ſibi exitu.

Statim igitur atque grauari caput, & cætera membra cœperint, nō expectatis mendacib. ſignis, & bullarum inflatione, ad remedia currendum erit.

Si quē arripuerit morbus repleto ſtomacho, prouocandus eſt vomitus cum facilitate quadam, vel cum aqua tepida, aceto & oleo, vel ſucco raphani: tentando etiam cum pluma, non priùs tamen, quàm ſtatim poſt correptionem inunxeris pulſus omnes, & tempora manuū, pedumq́ꝫ, nares, occiput, gulam, pectus, & locum circa bullam, ſi apparuerit, oleo de ſcorpionibus & theriaca ſimul permixtis.

Poſt eiuſmodi vomitionem leuem fiat cliſtere hoc:

R. decoctionem maluarū, matris violarum, bletę, hordei, lactucę, chamomillæ,

læ, mellis violati, ſacchari albi, vitelli vnius oui, diaſene vel caſsiæ vnc. j. ſucci roſarum ſolutiui drach. ij. ſalis communis, & olei violati quod ſatis eſt.

Tandem applicabis epithema cordi.

R. Aquarum roſarum, bugloſſæ, acetoſellæ, nenuphari, ana dr. ij. aquarum meliſſæ, ſucci acetoſitatis citri dr. j. ſucci cydoniorum vnc. j. ſantalorũ alborum & rubeorum, ac citrinorũ ana dr. ij. ſpodij, raſuræ eboris, ſeminum citri, ſeminũ acetoſæ ana dr. ſs. conterantur omnia, & calefiant in vaſe vitreato puro, & panno de granata rubeo ſuperponatur pectori calidè, ſingulis 3. horis ipſum innouãdo.

Sacculus pro ſtomacho.

R. Abſinthij, mentæ, ana manip. j. meliſſæ, acetoſæ ana manip. ſs. roſarum rubearum vnc. j. corticum citri, riſi ana dr. iij. coriandrorum præparatorum dr. ij. corallorum rubeorum, maſticis, ſantalorum rub. ana dr. j. macis foliorum, caryophillorum ana dr. ſs. nucum cupreſſi numero 4. componantur cum ſucco cydoniorum.

Sub brachijs.

R Roſarum, florum chamomillæ, me-

liloti, florum myrti, nucum cupreſsi, ſantalorum omnium, in debita quantitate, bulliant in aqua, cui ſpongia intincta vel ſtupa & expreſſa, temperatè calida ſub brachijs applicetur, ſæpiùs renouando, mirabile iuuamen exhibet. Cùm iam quietior, & reſtauratus fuerit æger, venam ſecare poteris, ſi ſanguineus exiſtat, ſin minùs, adminiſtra medicinam.

Extractis iiij. vnc. ſanguinis, abſtine à medicina 12. horis poſt phlebotomiam.

Nota tamen, in pletorico corpore, vbi ſanguis abundat, præcedat medicinam phlebotomia, ſitq́ copioſior: vbi verò non abundat, medicina pręcedat, ſequaturq́ phlebotomia modica, tamen euentandi potiùs, quàm minuendi cauſa.

Expulſio veneni à corde per potionem.

Adhibeantur ſubſequentes pulueres pondere dr. ij. vel j. cū albo vino, & aquis endiuiæ, & acetoſellæ, cumq́ dr. ij. theriacæ, vel dr. j. vnam ſaltē. Solent nōnulli acetum addere, nec incōſultè: bonum eſt iſtá potionē ſæpiùs innouare, ac iterare.

Pulueres ſunt iſti:

Prim⁹ vetus & modernus. ℞ Dictami albi, corallorum alborum, tormentillæ,

boli

boli armeni, gentianę ana vnc. j. terrę sigillatæ vnc. ſs.

Moderniorhic eſt:

R. Barbam dictami, barbã tormentillæ, agrimoniæ, ligni aloës, boli armeni, valerianæ, lapatij, ſantalorum rubeorũ ana partes ęquales, barbę ſcabioſę ad põdus omnium, miſce cum ſanguine tauri exiccato ad ſolem, & deſtillato.

Secundus puluis eſt:

R. Spodij, dictami albi, gentianæ, tormẽtillę, granorũ iuniperi, ſeminũ citri, carlinę ana dr. iij. foliorũ albatri vnc. ij.

Tertius puluis eſt:

R. tormẽtillæ, dictami albi, cornu cerui vſti, zedoariæ ana dr. j. margaritarũ, corallorum rubeorum anà ſcrup. ij.

Quartus puluis:

R Tormentillæ, dictami albi, boli armeni, camphoræ, margaritarum, ſantalorum rub. cornu cerui vſtum, ariſtolochiæ rotundæ, ſacchari ana dr. ij.

Quintus puluis:

R. Tormẽtillæ, dictami ana dr. ij. ſeminis acetoſæ, ſeminũ citri, ana dr. iij. zingiberis albi, cinnamomi, croci ana ſcr. j. boli armeni, terrę ſigillatę ana dr. ij. & ſs. ſacchari vn. ij. Hic puluis etiam maximè

valet contra venenum, tam ante, quàm post sumptionem.

Sextus puluis.

R. Radicum tormentillæ dr. ij. santalorum rubeorum, dictami albi recentis, cornu cerui vsti, margaritarum, boli armeni, aristolochiæ rotundæ ana dr. j. camphoræ dr. ss. sacchari albi dr. ij. pimpinellæ, myrrhæ, zedoariæ ana dr. j. santalorum, terræ sigillatæ ana dr. ij semínum citri, croci ana scrup. j. cornu vnicornis, vel cerui vsti, hyacinthorũ ana drach. ss.

Hi pulueres cordi vigorem præstant, & adiuuant ipsum ad expellendum venenum, putrescibiles exiccãt humores, prohibẽt & coarctant vias cordis, ne penetret venenum, & frequẽter ipsum expellũt per sudorem, idq́; pręsertim cum æquali portione optimæ theriacæ.

Prima descriptio, quæ vetus dicta est, & hęc postrema inter modernas optimę sunt, & alijs efficaciores.

Notandum de phlebotomia. Post tertiam à correptione diem nullam debere fieri sanguinis extractionem, ni fortè ad hoc sanguinis multitudo compelleret.

Notan-

Notandum etiam, quotiescunq; fit motus vel agitatio per administrationẽ vomitus, phlebotomiæ, vel medicinæ, propinandę sunt per os & ea quę defendũt à veneno, vt venenum introrsum non reuertatur eiusmodi mutationib⁹, vt sunt theriaca, bolus armenus, smaragd⁹, hyacinthus, topasius, vel saltẽ coralla, cum succis herbarum veneno resistentium.

Item applicanda sunt epithemata frigida cordi.

Similiter si adsit apostema, in tali commotione, sunt applicandæ ventosæ vel sanguisugæ subtus & supra bullæ signũ.

In omnibus decoctionibus siue purgationibus, admiscendum est croci modicum, ad exhilarandos spiritus mœrore depressos.

Medicinæ sunt:

R. Tripheræ persicæ vnc. j. cũ electuarij Hamech dr. ij. vel tripheræ vnc. ß. cũ elect. hamech dr. j. vel semis, vel maximè robustis datur tripheræ persicæ vnc. j. cum elect. hamech dr. iij. in aqua cõmuni, vel solatri, aut endiuiæ.

In defectu tripheræ, sumatur diasene, & diamanna, & loch elect. hamech, succus rosarum.

Alia compositio similis:

R. Tripheræ persicæ, pulpæ casſiæ ana vn. ſs. rheubarbabi, diamannæ, vel elect. hamech dr. j. & vbi magna ventris adſit ſtipticitas, horum duorum poſteriorum diamannæ, & electuarij videlicet etiam in valida natura dr. ij. cum aquis buglosſæ, endiuiæ, cumq́ decoctionibus prędictis, & aquis.

Signa per quæ cognoſcitur, quibus humoribus inhæret venenum.

Sitis vehemens, gulæ ariditas, linguæ nigredo, capitis dolor acutus, phrenesis, & similia horrenda signa, denotant febrim & venenum inhærere humoribus ſubtilibus & calidis.

Febris lenta cum remisſioribus prædictis nihilominus accidentibus, denotat crasſioribus humoribus venenum & febrem inhęrere, minusq́ furiosis. Iuxta hæc signa quæ conueniunt medicamenta conſidera: vt in materia furioſa conueniunt diaſene cum electuario hamech, vel cum ſucco roſarum. Item casſia cum rheubarbaro, vel māna cum dia manna in decoctionibus frigidis.

In materia crassa & frigida conueniunt robustioribus pilularum aggregatiuarum scrup. ij. vel pilularum de agarico scrup. j. debilioribus verò diacatholiconis vnc. j. cum diaphœniconis dr. ij. vel cum agarici trociscati drach. j. vel semis.

Melior est in hoc casu medicina, quàm pilulæ.

Diamanna melior est succo rosarum & fortior.

Elect. hamech melius est ambobus.

In omni humore mirabilis syrupus solutiuus.

R. Corticum citri, radicum capparis, berberis, santalorum rubeorum, spodij ana drach. ij. caryophyllatę, melissæ, buglossæ, borraginis, cichorij ana manip. j. acetosæ, prassij, hepaticæ ana manip. j. & ss. scariolæ syluestris drach. ij. seminis cucurbitę, scilicet peponum, citrulli, cucumeris, violarum ana manip. j. thymi, epithymi, agarici, rheubarbari, senę, polypodij ana dr. ij. succi absinthij, fumi terræ, ebuli & plantaginis ana drach. vj. myrobalanorum chebulorum dr. j. citrinorum dr. ss. diagridij dr. ij. sacchari

albi lib. ij. fiat ſyrupus cum aceto cydoniorum.

Diuinus eſt iſte ſyrupus, tam in conſeruando, quàm in curando, quia ſtatim abſcindit humores putreſcibiles, confortat principalia membra, venenum quoque pellit ad ſuperficiem. Sumatur ſemel in ſeptimana à ſanis, & ęgris nõ habentibus ventrem valde lubricum, ad minus vnc. j. & ad ſummum vnc. ij. cum aqua roſarum, & vino albo.

Poſt operationem medicinæ, vel phlebotomię, die ſequẽti, vel intermiſſo propinetur theriacæ dr. j. cum modico aceti roſati, vel aquæ roſaceæ.

Notandum in hoc caſu, non adhibendam eſſe debilem omnino medicinam, quia ſi prima medicina non bene ſit operata, natura ſecundam nõ expectat, quare nec nimiùm debilem, nec nimis vehemẽtem exhibere tutiſsimum eſt, at mediocrem, vt ſyrupus prædictus. Item agaricus cum ſalis gemmæ correctus tertia parte, melleq; roſato colato, oximelle ſquillitico, & vino infuſionis zingiberis trociſcatus, debilibus detur permiſtus aliis rebus, & meliùs in decoctionibus, quàm

quàm in ſubſtantia, quoniam frequenter longos producit vomitus, ventriſq; dolores, niſi bene electus ſit, & præparatus.

De minutione ſanguinis poſt bullarum appertionem.

Adminiſtratis omnib quæ dicta ſunt, ſi bulla vel aliud ſignum adhuc non apparuerit, in tibijs vel in alio loco, duas confeſtim natibus applicato ventoſas, duas pariter fœmoribus vel coxis à parte poſteriori. Poſtmodum phlebotomia fieri poteſt, ſi videbitur expedire, non tamen poſt tertium aut quartum diem à correptione, vt ſi bulla nulla adſit, à parte dextra ex vena communi, vel mediana, ne venenum ad cor attrahatur à ſiniſtra.

Si etiam apparuerit ſignũ aliquod ab eodem latere, extrahẽdus eſt ſanguis, ne venenum extendatur per omnes venas.

Si circa aures vel collum, minuatur ex cephalica eiuſdem lateris, iuxta pollicẽ manus: ſi cõprehendi nequit, fiat in mediana, quæ comparticipat vniuerſo corpori: vbi & iſta non pateat, fiat in manu eadem ex vena inter pollicẽ & indicem.

Si ſub axillis apparuerit, euacuetur hepatica in brachio eiuſdem partis, in quo ſignum, vel ex communi, vel in manu vt ſuprà.

Si in inguinibus, fiat minutio ex ſaphena, id eſt, ſub talo pedis eiuſdem lateris, i. ſub cauillis, aut ſub genu, in eodem latere, vel paralytica in minimo digito pedis, vel ſi ab origine gulæ vſq; ad caput apparuerit, fiat ex cephalica eiuſdem lateris.

Si à gula vſque ad vmbelicum ante vel retro, fiat phlebotomia ex hepatica.

Si ab vmbelico infrà, debet minui ſaphena, vt ſuprà.

Phlebotomandum eſt, quantò citiùs fieri poteſt, ſaltem cum primùm apparere incipit apoſtema.

In debilibus ſufficit extractio ij. vnc. in alijs plures fieri poſſunt pro patientum robore, & ſanguinis abundantia: febrilis & rigoris tempore tamen minimè fiat.

Si verſus nates vergit ſignum, mittatur ſanguis de craſsiori vena, & magis apparente in dorſo pedis eiuſdem lateris, vel in manu iuxta annularem.

Si

Si circa ſpatulas, ventoſæ applicandæ ſunt, vbi iungũtur ſpatulæ, minutio verò fiat ex mediana, quæ dicitur communis & nigra.

Si in collo vel in capite, minuatur cephalica iuxta pollices manuum.

Si ſub vel in dextro brachio phlebotomia fiat de vena pulmonis, inter mediũ & annularem eiuſdem lateris.

Si circa brachium vel ſiniſtrum latus, ex vena ſaluatella, inter dextræ manus paruum & annularem digitum.

Si in inguinibus, & in ſiniſtro latere, ex vena paralytica minutio fiat inter polliтem pedis, & alium propinquum in eodem latere.

Si in tibijs, vel in pede dextro, ex vena licta, mulierum vena.

Si ſub teſtibus internè ad fœmora, laxetur ſaphena pedis, vel malleolaris interior.

Si ſub genibus externè, laxetur ſchiatica vel paralytica.

Si ſub genibus internè, laxetur baſilica pedis.

Si nulla bulla appareat, nullaq́ꝫ pũctio, nihilomin⁹ adſint febres peſtiferæ, laxe-

tur epatica dextri brachij, vel median:
Si punctiones adsint absq; bullis, se-
uetur ordo minutionis, ac si bullæ ad-
sent, vti suprà.
Quinq; herbæ veneno resistunt int-
& extra. Consolida, scabiosa, agrimon-
brictanica, aristolochia, etiam in rupt-
rijs valent.
Leuiora ruptoria debilioribus appli-
cãda, & supra signum: fortiora verò fo-
tioribus, & sub signo.

De signis pestilentibus.

Signum est apostema, quod cùm ven-
ante febris accessum, indicat cor esse fo-
te ad expellẽdum venenum, tunc febr-
eiusmodi est accidens apostematis.
Contrà, si veniat post febrim, cor de-
bile, & est duarum generationum: alter-
est bulla & nominatur anthrax vel car-
bunculus: altera est inflatio, & vocatu-
bubo vel glandula. Bulla vt plurimùm
per emunctoria exit.
Quãtò plus à principalibus membri-
bulla distat, tantò minus periculosa est.
Nigra est omnium pessima: viridis
min⁹ mala: glauca adhuc minus: rubea,
& adhuc minùs. Quantò aridior, tantò
peior. Infla-

Inflatio communiter in emunctorijs,
d est, principalium membrorum pur-
atorijs locis, venire solet, qui sunt tres,
t cerebri, post aures, & in collo.
Cordis signa sunt sub brachijs vel axil
s, hepatis, ad vel circum inguina. Hac
e causa periculosior inflatio, quàm bul-
iudicatur, quia veneni multũ ad prin-
palia membra decurrisse indicat: quan
remotior à corde, tantò minùs peri-
ulosa, & econtrà. Vtriusque cura est ea-
em ferè, nisi in laxationibus venarum,
c.
Notandum, quòd qui post septimum
correptione diem perit, mala potiùs
ra id euenire, quàm morbi cõditione.

De ventosarum applicatione.

Si circa aures, vel in gula signum ap-
reat, applicetur vẽtosa retro sub spon-
ibus colli, non supra, vel in spatulis.
Si sub brachijs, applicetur sub eodem
ere declinando versus dorsum.
Si in inguinibus, applicetur in coxa,
l retro sub clunibus.
In omnibus locis per sex digitorum
tium procul à signo sunt applicandæ,

nec multùm frequentandæ, ne ſpaſmu
augeatur.

Nunquam ſuper ſignũ ponendæ ven
toſæ, id eſt, in proprio ſigno, ſed ſub eo:
ſupra ſignum bonum eſt ponere infr
ſcriptam decoctionem.

Flores chamomillæ, meliloti, capi
veneris, bulliant in aqua, huic imbib
lanam, vel ſtupam canabis, & ſuperpon
ſupra ſignum, ipſum non tangendo.

Regulæ quædam obſeruandæ & breues.

Cauendum eſt ab aperitiuis medica
mentis in peſte, ne via patefiat ad co
veneno, ſpiritibus quoque in exhalatio
nem aperiatur exitus.

Inflammatio prohibeatur, & putref
ctio moderatè infrigidantibus, & exi
cantibus temperatis.

Stomachus cibo grauatus, vrgeatu
ad vomitum cum facilitate, & non v
hementia, cum aqua tepida, oleo, & ac
to, pariter & cum raphani ſucco: poſt
cliſtere adhibeatur, maluarum deco
ctionis, matris violarum, bletæ, horde
lactucæ, chamomillæ, mellis violati, ſa
chari rub. vitelli vnius oui, diaſenæ, v
caſsi

asſię vnc. j. ſucci roſarum ſolutiui dr. ij.
alis communis, & olei q. ſ.
Tandem applicetur epithema cordi,
t habetur ſuprà.
Item ſtomacho ſacculus applicetur
eſcriptus antea.
Etiam ſub brachijs adminiſtretur re-
nedium ſuprà ſcriptum.
Poſtmodum ſecetur vena, ſi ſanguis
bundet, ſin minùs, adminiſtretur me-
icina 12. horis poſt phlebotomiam.
His peractis, ad expulſionẽ à corde ve-
eni fuerit accelerãdum per potionem,
t per ſyrupum diuinum.
Item per pulueres confortantes.
Item per medicinas defenſiuas à vene
o ſuprà poſitas. Cauendum eſt inter la-
ndum venas, vel alia quæpiam appli-
dum, ne retrorſum tendat venenum.
Ad inſolitam in patiente caliditatem,
ungantur hepatis & renum regiones,
nguento ſantalino bis in die. Inde
oſt horas quatuor (more conſueto &
rdine) exhibendi ſunt pulueres contra
orbum deſcripti pondere dr. ij. vnà
m albo vino, cum aquis endiuiæ, &
cetoſellæ, pariter & theriacæ dr. ij. vel

ſaltem j. Poſt hunc potum adiuuanda
natura pannis & fumigijs calidis ad ſ
dorem.

Pôſt in abundantia ſanguinis, laxat
venæ medicinam præcedat, ſin minu
ſubſequatur.

Notandũ interea, agaricum bene pr
paratum, & trociſcatum, eſſe ſingula
in hoc caſu, in quocunque humore
membro, põdere dr. ij. vel dr. j. vel dr.
de trociſcis eius adminiſtrãdo iuxta v
gorem ægri, verùm ſi dubitetur de pr
paratione eius, infundatur in oxymel
ſquillitico, cum ſale gemmæ, & poſt-
ea colando poni poteſt ſuper
medicinam abſque ex-
preſsione.

PRAEFATIO BREVIS DE SIMPLICIBVS MEDICAMENTIS.

HActenus de morborũ indicijs, quæ memoriam initiatorum, imò iam practicorum iuuare medicorum possunt, quod satis est, diximus. Nunc verò de simplicibus medicamentis, priusquam ad composita veniamus, est quòd loquamur. Ante omnia tamen monendi sunt lectores de literulis simplicibus adiunctis, c.s.f.h.1.2.3.4.t. quas ad hunc modum interpretari oportet, calidum, siccum, frigidum, humidum, in primo, secundo, tertio, quarto gradu, temperatè, vel temperatum. Cætera per se clara sunt.

SIMPLICIA MEDI-CAMENTA, SEPTEM MEMBRIS PRINCIPALIO-*ribus conducentia.*

I. De cerebro.

ANagallis, c. ſ. ſuccus eius naribus immiſſus, extrahit è capite humores phlegmaticos & viſcoſos, meatus narium aperiendo.

Apium ſylueſtre, c. ſ. 3. Radix eius in ore maſticata, multos humores trahit à cerebro, doloremq́; dentium ſedat.

Balſamita maior, c. ſ. 2. Cōſerua foliorum eius cum ſaccharo, cerebrum calefacit & ſiccat, obſtructiones aperiendo, & catarrhorū ſiſtēdo fluxiones, quantitate fabæ ſumpta.

Beta, c. ſ. ſuccus eius per nares attractus cerebrum purgat, capitis dolorem ſedat, deoppilat nares.

Braſsica ſatiua, c. ſ. 1. ſuccus eius attractus per nares cerebrum & caput repurgat.

Bry-

Bryonia, c. ſ. 3. radix eius purgat & mundificat cerebrum, ſuccus eius tamẽ vehementiùs ventrem expurgat, quantitate ſumptus drachmæ vnius.

Cepa, c. 4. ſuccus eius attractus per nares ſternutamenta excitando, purgat cerebrum.

Chelidonia, c. ſ. 3. radicis eius ſucc⁹ cum melle mixtus, & per nares attractus, cerebrum purgando mundificat à multis oppilationibus & humiditatibus.

Cucumis aſininus, c. ſ. 2. ſuccus eius Elaterium dictus, in lacte contemperatus, & per nares attractus, cerebrum mundificat, doloremq; ſedat capitis.

Cyclamen, c. ſ. 3. radicis eius ſuccus per nares attractus, cerebrũ purgat, craſſos & frigidos humores phlegmaticos auferendo.

Hedera muralis, f. ſ. ſuccus foliorum, vel baccarum eius per nares attractus purgat cerebrum. Verùm prægnantibus & puerperis obeſt. Vſus eius non ſit admodum frequens.

Helleborũ album, c. ſ. 3. Puluis radicis ei⁹ per nares attractus, ſternutationem

excitando, cerebrum purgat & calefa-
cit.

Iaſminum, c.2. cerebri humiditates exic-
cat, frigidosq; morbos eius pellit.

Iuniperus, c.ſ. gũmi eius dicitur verni-
cuius ſuffumigiũ prodeſt cerebro, ex-
iccat humores ſuperfluos capitis, ca-
tarrhos ſiſtit.

Laureola, c.ſ.3. folia eius in ore maſtica-
ta, multum humorum attrahũt ex ce-
rebro, & naribus immiſſa ſternutati-
ones excitant.

Lentiſcus, c.ſ.t. gummi eius dicitur ma-
ſtix, quod maſticatum, & in ore ten-
tum, cerebrum corroborat.

Maiorana, c.ſ.3. trita, vel ſuccus eius im-
poſitus naribus, & attractus, cerebru-
mũdificat, humores euacuat, excitan-
do ſternutationes.

Milium, f.1.c.3. toſtum ad ignem, & ita ca-
lidum in ſacculo applicatum.

Nigella domeſtica, c.ſ.3. ſemen eius ſic-
cum & tritum, in ſacculo lineo vel ſe-
riceo conſutum, olfactu continuato
cerebrum exiccat, catarrhum tollit, &
amiſſum odoratum reſtituit.

Origanum, c.ſ.3. ſuccus eius attractus
per

per naſum, purgat cerebrum.

Oſtrutium, c. ſ. 3. radix eius trita cũ melle, narib. immiſſa, ſternutationes excitat, & in ore contenta maſticataq́ꝫ de cerebro multum educit phlegmatis & prauorum humorum.

Piper, c. ſ. 3. maſticatum cum vuis paſsis, attrahit è capite multos humores, & cerebrum mundificat

Pulegium, c. ſ. 3. tritum & aceto permixtum, olfactu ſolo animi deliquiũ patientes ſubleuat, ob cerebri frigiditatem & humiditatem.

Pyrethrum domeſticũ, c. ſ. 3. radix eius cum melle ſumpta, valet ad omnes capitis frigidos morbos, & ſiccos, epilepſiam, apoplexiam, &c. Idem efficit maſticata & in ore retenta.

Pyrethrum ſylueſtre, c. ſ. in ore maſticata herba trahit è cerebro viſcoſos humores.

Roſmarinus, c. ſ. 2. Conſerua anthos, florum eius dictorũ anthos, conſerua cũ ſaccharo facta, manè & ſerò ſumpta.

Saxifragia, c. ſ. 3. radix ei⁹ maſticata, multũ phlegmatis eijcere facit, & ex cerebro ſuperfluitates oẽs craſſos & viſcoſos attrahit.

Secale vel siligo, c. s. 2. farina eius in sa-
culo consuta, & super caput posita, ce-
rebrum exiccat, inueteratosq; dolo-
res capitis tollit.

Sinapi vel sinapium, c. s. 3. 4. semen eius
in ore masticatum, multos humores
elicit è cerebro, vt apium suprà.

Staphys agria, c. 4. semen eius mastica-
tum, plurimas attrahit è capite humi-
ditates & cerebrum mundificat.

Stœchas Arabica, c. s. Folia florésque sæ-
piùs olefacta cerebrum & memoriam
confortant.

Viola nigra, f. 1. h. 2. flores eius per se vel
cum oleo applicati capiti, auferunt
calorem, dolorem sedant, humectant
cerebrum, somnum conciliant, spiri-
tusq; graues refocillant.

II. De corde.

Asperula cordialis, herba stellaris, c. s. in
vino pota cor exhilarat, hepárque ro-
borat.

Borago, c. h. herba vel flores eius immis-
si vino, si potetur hoc, vires roborat,
omnemq; mœstitiam pellit.

Buglossa satiua, f. s. t, herba corroborat,

&

& præſertim florum cõſerua: quæ triſtitiam arcet, vino quoque flores iniecti bibantur.
Calendula, c.ſ. Florum eius conſerua ieiuno ſumpta, tremorẽ cordis aufert, & præſeruat ab aëre peſtifero.
Lauẽdula, c.ſ.2. flores eius per ſe, vel cum cinnamomo, nuce moſchata, caryophyllis, curant tremorem cordis.
Macis, c.ſ.2. valet ad tremorem cordis.
Origanum, c. ſ.3. potum cum aqua, tormina aufert circa cor euenientia.
Pimpinella, ſ. 3. f. 2. folia eius vino temperata, ſi bibatur hoc, cor lætificat, palpitationiq; conducit eius.
Roſa, c.h. ſuccus florum rubicundiorum leniter purgat contra tremorẽ cordis.
Rubus, f. ſ. 3. folia eius trita, applicata cordi.
Scariola, f. ſ.3. folia eius & endiuiæ viridia trita, valent cõtra tremorẽ cordis.
Sẽtis, f. ſ.3. folia ei⁹ trita, applicata cordi.

III. De hepate.

Abſinthium, c. ſ. 3. purgat infernè cholericos humores tãtùm in hepate venisq; ſuperfluos, eius decoctione ſumpta.

Absinthium Romanum valet contra inflammationes hepatis & stomachi.
Agaricũ obstructioni hepatis medetur.
Agnus castus, c.s. 3. semen eius curat omnem hepatis & splenis duritiẽ, sumptum in vino quantitate drachmæ vnius.
Alkekengi corrasa aperiunt.
Amygdalæ amaræ.
Anisi semen obstructionem pellit.
Asperula cordialis immissa vino, hepar corroborat.
Atriplex, f.1. h. 2. semen cum hydromelite sumptum refrigerat & deoppilat hepar. Idem efficit Cichorium, radix liquiritiæ.
Betonica aperit.
Canabis semen tritum & in vino sumptum, prodest obstructioni.
Cappari cõfecti more solito sępiùs comesti, contra oppilationem.
Casfia fistula cum aquis refrigerantibus refrigerat & deoppilat hepar.
Centaureę paruę radix, in vino vel aqua cocta, obstructiones aperit.
Chelidonię radix, cum aniso cocta in vino, aperit obstructiones hepatis.
Cicer

Cicer arietinum aperit obſtructiones.

Confectio foliorum cretę marinæ in ſale, aperit oppilationes.

Conſolida Saracenica, ſolidago, ſ. 1. cocta in aqua, & ſumpta, conſolidat hepatis diſſolutionem, ac ipſum deoppilat, fellisq́ue veſicam ictericiam tollit, inueteratas febres, & hydropiſis initijs obſtat.

Conſolida minor, herba magnetica, f. ſ. decoctio florum per ſe, vel cum folijs in aqua, valet contra inflammationes hepatis, & alios calores.

Cortices radicũ mori celſi cocti, & poti.

Crocus admixtus omnibus medicamentis, ad hepar.

Croci flores cum hydromelite poti medentur obſtructioni.

Dactyli mixti alijs idoneis medicamẽtis ad hoc, roborant ſimul cũ illis hepar.

Decoctio
- agrimoniæ pota, mundificat hepar, aperit eius obſtructiones, & corroborat eius debilitatem.
- anagallidis in vino pota.
- buglæ vel prunellæ.
- digitalis, ſiue campanulæ ſyl-

Decoctio
uestris', in aqua vel in vino pota.
dulcamaræ facta in vino.
elleborinæ.
eupatorij aquatici, aperit.
florum & foliorũ chamomillę in vino pota, refrigerat hepar.
foliorũ yuæ artheticæ in vino pota, valet cõtra obstructionem hepatis.
foliorum & corticum fraxini arboris, in vino pota.
foliorum & radicũ tormẽtillę, vel istorum succi poti valẽt ad omnem vlcerationem hepatis, aliamq́ internorum.
foliorum ramorũ & summitatum genistæ facta in vino vel aqua.
hederæ terrestris.
locustorum, recentium asparagorum, per se vel cum ciceribus.
lunariæ pota, aperit.
lupinorum cum ruta & pipere pota.

maru-

Decoctio
marubij albi hepar corroborat.
radicis caryophyllatæ in vino pota.
radicis cyclaminis in vino vel cum hydromelite pota, vel sine decoctione.
radicis eryngij in vino pota, idem efficit quod papauer cornutum.
radicis petroselini satiui pota.
radicis plantaginis in vino pota.
radicis rubiæ tinctorum, satiuæ, facta in hydromelite, & pota.
saluiæ in vino pota.
scandicis pota aperit oppilationes hepatis.
soldanellæ, vel brassicæ marinæ.
solidaginis Saracenicæ.
stœchados Arabicæ cum floribus, vel cum istis solis.

Eupatorium, c. s. valet contra hepatis inflammationem, & contra febres calidas.

Fœniculi herba, radix & ſemina quoquo modo ſumpta, medētur obſtructioni.
Folia fraxini ſylueſtris in vino cocta & pota, valent contra obſtructiones hepatis.
Gentiana, pota cum aqua valet contra paſsiones hepatis.
Hepatica, f. ſ. decoctio eius valet contra inflammationem hepatis.
Lingua ſerpentis, ophiogloſſum, ſ. 3. Decoctio eius in aqua pota, valet contra inflammationem hepatis, & febres calidas.
Nux moſchata, quoquo modo ſumpta, valet contra oppilationes hepatis.
Nux piſtacia vel fiſtici idem efficit.
Oſtrutij radix contra obſtructionem.
Pæoniæ radix quantitate fabæ pota cum hydromelite, aperit.
Papauer cornutum, c. ſ. 3. radix eius in aqua cocta vſque ad conſumptionem medietatis, pota deoppilat hepar, & prouocat vrinam.
Pentaphylli ſuccus hepar corroborat.
Perſicorum arborum folia.
Pineæ nuces obſtructioni medentur.
Rheubarbarum, c. 1. ſ. 2. valet contra inflam-

flam-

flammationē hepatis, præſertim cum ſero lactis ſumptum vel aquis refrigerantibus.
Radix paſtinacæ ſylueſtris, id eſt, dauci, ſicca, tritaq́ꝫ pota cum hydromelite.
Seminis agni caſti drachma vna ſumpta in vino, contra obſtructionem.
Senæ folia quoquo modo ſumpta aperiunt.
Succus roſarum rubearum aperit.
Succus teneræ radicis pētaphylli potus.
Succi malorum granatorum vel aureorum refrigerant & deoppilant hepar.
Terebinthina ſumpta oppilationes aperit.
Viola nigra, f. 1. h. 2. Decoctio violarum valet contra inflammationes hepatis, & febres calidas, vt ſuprà.
Vuæ paſſæ aperiūt oppilationes hepatis.

IIII. De pvlmone.

Baccarum lauri puluis minutiſsimus cū melle mixtus, vel ſyrupo ſumptus lābitionibus continuatis exonerat pulmonem, aſthmaticis & difficulter ſpirantibus valet.

Crocus vtiliter admiſcetur omnib. medicamentis ad pulmonem.

Decoctio
- betonicæ pota pulmonem exonerat.
- rutæ cum anetho pota, contra obſtructionẽ pulmonis valet.
- verbaſci cum floribus flauis in vino pota, valet ad pulmonem exonerandum.

Iridis radix exiccata mixtáque melli vel ſaccharo, ſæpiùs ac diu in ore contenta craſſos crudosq́ humores maturos eĳcit, eisq́ pulmonem exonerat.

Naſturtĳ ſemen cum iure carniũ gallinę ſumptum, thoracem & pulmonẽ exonerat.

Seſeli Creticum, c. ſ. 2. radix eius ſumpta cũ melle per lãbitionẽ viſcoſum phlegma congregat, vt per ſputũ eĳciatur.

Sinapĳ ſemen cum cibis ſumptum, pulmonem exonerat.

Squilla præparata, vt ſuprà, miſcetur vtiliter cum alĳs medicamentis ad pulmonis vitia tollenda.

Violarũ ſyrupus valet contra inflãmationẽ pulmonis, & onerationem. Item contra

cōrra febres & alios infantulorū morbos, qui validiora nō ſuſtinēt medicamenta. Anthera eius valet ad infantiū caducum, ſumpta in decocto ſyrupo.

Thoracis mundificatiua

Abrotonum, c.ſ.3. ſemen eius ſiccū & tritum in puluerem, & in vino vel aqua decoctum ac potum, thoracē purgat.

Decoctio:
- calamenthi montani cū melle pota.
- cymini pota.
- digitalis herbæ in aqua pota.
- florum violæ flammeæ cum herba ſua pota, pulmonem purgat & thoracem. Iidē ipſi flores initia caduci curant in pueris cùm ſpumant ore, cocti in ſyrupo violarum vt ſuprà.
- foliorum vel radicis herbę cruciatæ.
- marubij albi in aqua pota.
- radicis betonicæ in vino.
- radicis herbæ myrrhis vel cicutariæ in vino pota.
- radicis ſymphyti magni pota, nimirum cōſolida maioris.

Decoctio raphani pota.
Decoctio scabiosę per se, vel cum suis radicib. in aqua vel in vino sumpta, mūdificat pulmonem atq; thoracem.
Enulæ campanę radix cum melle confecta in modum lohoth.
Hyssopi decoctio cum ficubus, melle, ac ruta in aqua pota.
Larigna, vel laricea resina cū melle sumpta per lambitiones.
Lini semen cum melle mixtum & sumptum, thoracem mundificat.
Ostrutij radix sumpta cum melle.
Pineæ nuces valent ad pulmonem.
Porrum, c. s. 3. succus eius cum melle in modum lohoth sumptus.
Pulegium cum melle sumptum pulmonem mundificat.
Puluis cardui benedicti potus in vino.
Semen anisi tostum ad ignem sumptum cum melle, thoracem purgat à superfluitatibus.
Sinapi semen sumptum in cibis.
Succus radicis bryoniæ sumptus modica quantitate thoracem purgat solutionibus ventris satis vehementibus. Correctio sit mastix, zingiber, cinnamomum,

momum, & mel roſatum.

Succus tractus ex ſemine cartami, potus cum hydromelite, laxando ventrem ſimul thoracem aperit.

Terebinthinæ lambitio cum melle.

Thymus cum melle mixtus in modum lohoth ſumptus per crebras lambitiones.

Cruditati thoracis.

Amydon, ex farina frumenti potũ mollificat fauces ac thoracem, ſputumq́ prouocat, hæmoptoicam arcet.

Gummi ceraſorum acidorum nigrorũ in vino ſumptum vel in melle.

Iuiubæ, fructus arboris zeziphi, ſumptæ in electuarijs, ſyrupis, aut alijs ſimilibus, leniunt pulmonem, & thoracem purgant.

Radix liquiritiæ ad omnia prædicta valet & obſtructionem.

V. De splene.

Splenis diminutioni.

Agaricum ſumptum cum vino.

Aſplenium magnũ, ſylueſtre, c. 1. ſ. 2. potum cum aceto, vel applicatum cũ eodem ſuper locum.

Chamædrys cum aceto pota, mollit ſplenis duritiem.

Cyclamen applicatum vel ſuccus eius, aut immixtus vnguentis vel oleis ad hoc idoneis, minuit, & curat ſplenis duritiem & oppilationem.

Decoctio
- iſatis ſylueſtris pota, ſplenis obſtructiones aperit.
- radicis centaureæ minoris in aqua vel vino pota.
- radicis filicis maris in vino pota.
- radicum ariſtolochiæ rotundæ in aqua facta & pota.

Emplaſtrum factum ex ſemine ſinapi & ficubus, applicatum.

Folia Ceterach ſuperpoſita cum aceto per quadraginta dies, curant oppilationes ſplenis, & febres quartanas. Trita pariter folia cum vino lateri ſiniſtro ſuperpoſita.

Farina ex fœnugræco trita cum nitro & aceto ſuperpoſita.

Folia hederæ cocta in aceto applicata loco ſplenis.

Folia vrticæ Romanæ, vel ſylueſtris, trita

ta mixtáque cum oleo & cera ſuper ſplenem applicata.

Hemionitis, ſplenium, c. ſ. ſpeciale remedium ad ſplenem, in aceto ſumptum. Species videtur ex forma inuerſa ſcolopendriæ.

Naſturtij hortenſis ſemē ſumptum cum aliquo refrigerante liquore, ſplenem diminuit, ventrem laxando.

Peucedanum. c. 2. ſ. 3. Radix eius in ſuccū expreſſa per ſe vel cum amygdalis amaris & ruta, diminuit ſplenem, leniter ventrem laxando.

Polypodium cū pauco epithymo ſumptum.

Radix bryoniæ pota cum aceto quantitate drach. ſemis per triginta dies, curat ſplenis magnam duritiem, & oppilationem maximam: præſertim ſi radix eadem trita cum ficubus, loco ſplenis vnà applicetur.

Radix oſtrutij cum radicibus capparorum cocta potáque, duritiem emollit ſplenis.

Radix violæ luteæ trita cum aceto, applicata.

Radices raphani tritæ minutim cum a-
ceto ſuperpoſitæ.
Radices lapatiorum alicuius tritæ cum
aceto ſuperpoſitæ, vt ſuprà.
Raphanus minor, ſatiuus, c.3.ſ.2.ſemen
eius cum aceto ſumptum, idem effici.
Semen iridis vel xyris ſylueſtris vel fœ-
tidi, ſumptum pondere drachmæ ſe-
mis, conſumit & curat ſplenis durit-
em & oppilationem.
Seminis agni caſti drachma j. ſumpta in
vino.
Semina naſturtij trita cum melle ſuper-
ponantur.
Semina rubiæ tinctorum ſumpta cum
oxymelite per os, &c.
Tamariſcus, ſ. arcanum peculiare ha-
bet ad ſplenem, quouis modo ſumpta.
Viſcum arboreum, vt quercinũ, c.ſ. Bac-
cę viſci tritæ cum fecibus vini appli-
catę lateri ſiniſtro, ſplenẽ diminuunt,
eiusq́ duritiem tollunt.

Doloribus ſplenis.

Dactyli mixti alijs medicamentis ad ſple-
nem, vehementer iuuant.
Decoctio capilli veneris in vino pota.
Deco-

Decoctio marubij albi in aqua pota.
Nenuphar, nymphea alba, f.f. radix eius in vino albo cocta & pota, ſplenis dolores tollit & veſicæ.
Polium montanum potum in aceto.
Pulegium mixtum cum aceto & melle, vitia ſplenis tollit ſi ſuperponatur.
Radix herbæ tunicæ, id eſt, behen albi cũ aceto vel aqua pota.
Radix ireos cum aceto ſolo, vel cum hoc & aqua ſimul pota.
Radix rhapontici.

Inflammationi ſplenis.

Cineres ſarmentorum vitium diſſoluti in oleo roſaceo & aceto, vtiliter ſuperponantur ſpleni inflammato.
[S]olatri hortenſis folia viridia trita & applicata.

Inflationi ſplenis.

Dictamum, pulegium ſylueſtre, c.ſ. ſplenis dolorem ſedat, ac inflationem diminuit, intus & extra ſumptum.
[R]adix bryoniæ nigræ.

Obſtructioni ſplenis.

[A]garicum cum aceto ſumptum.
[A]gni caſti ſemen potũ in aliquo liquore.
[A]mygdalæ amaræ mixtæ cum terebin-

thina, ſumptæ per lambitionem.
Betonica, ſplenis, hepatis & renum opp-
lationes aperit.
Capparorum eſus frequens.
Confectio foliorum cretæ marinæ, ve
fœniculi marini, in ſale comeſta ſæ
piùs, aperit ſplenem, renes & hepar.

Decoctio
- ciceris arietini pota.
- cuſcutæ vel podagræ lini, in a
  qua vel vino pota.
- digitalis herbæ in vino vel a
  qua pota.
- foliorum & radicum fraxini
  in vino pota.
- foliorum ſenæ, vel infuſio i
  iure carnium, gallinarũ, ve
  piſorum, cum correction
  per aniſum.
- hederæ terreſtris, pota ſepten
  diebus continuis.
- iſatis, id eſt, glaſti, pota.
- linariæ etiam pota.
- lupinorum in vino cum rut
  & pipere etiam pota.
- radicis rubiæ tinctorum ſati
  uę facta in hydromelite, po
  ta.

radi

Decoctio
radicum mori celſi pota.
ramorum ſummitatum, & foliorum geniſtæ, in vino vel in aqua pota.
ſtœchados Arabici cum floribus, aut florum per ſe, pota oppilationes ſplenis aperit, hepatis, pulmonum, & matricis.

Eupatorium adulterinum mas, coctum in vino, vel in aqua, valet antiquis oppilationibus ſplenis & hepatis.

Eupulus ſalictarius, c. ſ. 1. ſi decoquatur, eiusq́ decoctio bibatur, obſtructum ſplenem aperit.

Nux moſchata quoquo modo ſumpta.

Nucis pineæ vſus.

Oleum in quo ruta bulliјt, aut lõgo tempore macerata fuit, ſpleni ſuperinductum ipſum deoppilat; tumorémque tollit.

Paſtinacæ ſatiuæ radix ſicca & puluerata, pota cum hydromelite.

Radix abrotoni trita in puluerẽ cum vino vel aqua pota.

Radix cyclaminis applicata ſuper ſplenem, vel ſucc⁹ eius immixt⁹ vnguen-

tis, vel oleis, ad hãc rem paratis, id est, ad splenis curam.

Radices capparorũ cum oxymelite sumptæ.

Scordium in vino potum, aperit splenis obstructiones, renum, vesicæ & matricis.

Semen spatulæ fœtidæ, id est, iridis syluestris, sumptum pondere dr. ss. in aceto.

Tamariscus quoquo modo sumptus.

Teuchrium in vino coctum & potum.

Zingiber vel sal gemmeum modicum vel passulis, splenis aperit obstructiones. In summa, senæ medicamentum est vniuersale morbis omnib. per melancholicos, vel adustos salsosq; humores causatis.

VI. De renibus.

Decoctio {
- anagallidis in vino pota, dolores aufert renum.
- eryngij in vino pota.
- meliloti in vino pota.
- radicũ & seminũ saxifragæ in vino pota, mũdificat renes eiusq; dolores sedat.

}

Decoctio

Decoctio summitatum fœniculi pota.
Ficus ante pastum sumptæ, conducunt renibus, & vesicæ pellunt arenam.
Iuiubæ etiam valent ad eosdem affectos.
Liquor radicis peucedani, per se, vel cū amygdalis amaris, & ruta sumptus.
Radix liquiritiæ & succus eius, eisdem doloribus conferunt.
Radices fœniculi.
Sebesten, f. h. species est prunorum, valet cōtra inflammationem renum & vesicæ.
Semen petroselini Macedonici valet ad renum dolores.
Veronica est multùm vtilis renibus affectis quoquo modo sumpta.

Obstructionibus renum.

Agaricum ad eundem affectum valet.
Amygdalæ amaræ.
Betonica idem efficit.
Cerasa halicacabi.
Cicer arietinum.

Decoctio
- asparagorum, per se vel cum ciceribus pota.
- cuscutæ in aqua vel in vino pota.
- linariæ pota valet contra re-

Decoctio { num obstructiones.
lupuli pota.
radicis petroselini renes obstructos aperit.
scandicis pota. }

Capparorum confectorum in sale frequens vsus.

Fœniculi herba, semen, & radix ad idem valent.

Folia rami & summitates genistæ, cocta in vino vel in aqua.

Pæoniæ radix aperit oppilationes renũ.

Radix ostrutij mundificat renes.

Radix pastinacæ syluestris, siccata, puluerata, ac pota cum hydromelite.

Radix plantaginis per se, vel cum seminibus cocta in vino dulci, & pota.

Radix rubiæ tinctorum satiuæ, cocta in hydromelite, & pota.

Radix saxifragæ albæ cum semine decocta in vino potaq́ꝫ.

Rapæ genistæ.

Raphanus est renibus vtilis.

Resina pini, clara & liquida, sumpta quãtitate vnc. ſs mũdificat & curat renes, leniter ventrem laxando.

Resina dicta terebinthina mũdificat renes,

nes, quantitate nucis auellanæ in oblata ſumpta.
Scordium in vino potum.
Semen abrotoni ſiccatum, pulueratũ & decoctum in vino vel in aqua, potum obſtructiones renum aperit.
Semen & radix ſaxifragæ cum vino, vel ipſorum decoctio in vino pota, renes aperit, & lapidem eorum frangit.
Vuarum paſſarum frequens vſus.

Renum vlceribus.

Decoctio equiſeti in aqua vel in vino pota, valet ad vlcera renum.
Decoctio ſaniculæ in vino vel in aqua pota.
Radix liquiritiæ in ore retenta, vel eius decoctio in aqua frequenter pota.
Radix plantaginis per ſe vel cum ſuo ſemine cocta in vino dulci & pota.

VII. De felle.

Decoctio buglæ vel prunellę obſtructiones fellis aperit.
Decoctio conſolidæ Saracenicæ in aqua pota tollit oppilationes veſicæ fellis.

Decoctio cuſcutę in aqua vel in vino po-ta, reſerat obſtructionem veſicę fellis.

De vesica.

Aſperitati veſicæ.

Maluæ decoctio cum ſua radice.

Doloribus veſicæ.

Athanaſiæ maioris ſuccus cum vino po-tus, doloribus veſicæ ſuccurrit.

Bardana vel lappa maior, c. ſ. ſuccus eius cum melle potus, veſicæ dolores miti-gat.

Ceraſa halicacabi mundificant veſicam.

Crocus vtiliter permiſcetur omnib. ve-ſicæ medicamentis.

Decoctio
- chamomillæ in aqua extrinſe-cus applicata veſicæ.
- meliloti communis in vino pota.
- radicis nenupharis in vino al-bo.
- roſarum in vino pota.

Filipendula, ſaxifraga rubea, c. ſ. 2. Deco-ctio radicis eius in vino pota, veſicæ dolores tollit.

Folia cypreſsi cocta in vino dulci vel in hydro-

hydromelite, ſtranguriam curant, & excolationem veſicæ.

Iuncus odoratus coctus cum ſemine apij, potus.

Liquor ex radice peucedani per ſe, vel cum amygdalis amaris & ruta, veſicæ dolores mitigat.

Radix & ſuccus liquiritiæ, veſicæ conuenit contra ſuos dolores.

Radix nenupharis trita, ſuperpoſita loco veſicæ, prodeſt.

Radix rhapontici.

Semina maluæ in vino pota.

Semina petroſelini.

Succus granorum Hiſpanicorum dictorum phalaris, in aqua potus, vel puluis ipſorum cochleari cum aqua ſumptus.

Veſicæ inflammationi.

Decoctio radicum & ſeminum ſaxifragiæ albæ in vino pota, veſicam mundificat.

Halicacabi ceraſa.

Iuiubæ.

Nenupharis radix trita, vtiliter applicatur inflammationibus veſicæ.

Radix oſtrutij.

Sebesten (pruna) prosunt inflammationi vesicæ.

Vesicæ obstructioni.

Abrotoni semẽ in puluerem tritum, vel coctum in aqua vel in vino, potum.
Cucumeris grana vel semina pota in lacte aut vino dulci, ventrem leniter laxando vesicæ obstructiones aperiunt.
Cucurbitæ semina ferè habent eandem efficaciam.
Decoctio cuscutæ in aqua vel in vino pota.
Decoctio linariæ pota, cõtra obstructiones vesicæ.
Decoctio stichas vel stœchados cum floribus vel florum per se pota.
Nasturtium aquaticum comestum.
Saxifragæ semẽ & radix in vino pota, vel ipsorũ decoctio in vino facta & pota.
Scordium in vino potum.
Vuæ passæ.

Vesicæ pruritui interno.

Radix liquiritię cocta in vino, & frequẽter pota, scabiem vesicæ tollit.

Vlceribus vesicæ.

Baccæ myrti.
Equiseti decoctio, in aqua vel in vino pota.

Plantaginis radicis per ſe, vel cum ſeminibus, decoctio in vino dulci pota.
Cucumeris ſemina in lacte vel dulci vino pota.
Cucurbitæ ſemina.

De stomacho.

Abſinthium decoctum in vino quotidiè ſumptum, bilioſos humores calidos tantùm è ſtomacho repurgat, & non frigidos neque phlegmaticos.
Cappari confecti, pro more cõſueto cocti, & cum aceto ſumpti, digerunt & cõſumunt humores frigidos, & phlegmaticos in ſtomacho.
Cortices pomorum aurantiorum, confecti per ſe, vel cum ſaccharo, ſtomachum calefaciunt, digeſtionem adiuuant, & abſumũt ſuperfluos humores.
Cortices pomorũ granatorum reſiſtunt omnibus corruptionibus ſtomachi & inteſtinorum.
Decoctio cardui benedicti in vino, mundat & purgat infectum ſtomachum.
Mentha ſatiua vel in cibis vel in potu, ſtomachum purgat ab omnibus ſuperfluitatibus.

Succus aloës, c.2.ſ.3. purgat è ſtomacho, laxando ventrem, humores frigidos, phlegmaticos, & bilioſos, ſumptus quantitate dr. ij. cum aqua ad ſtomachum habet arcanum peculiare præ cæteris aliјs medicamentis.

Stomachi doloribus.

Artemiſia piſta in emplaſtrum cum oleo amygdalarum dulcium, applicata ſtomacho dolorem eius omnem aufert.

Fœniculum vel ſemen eius potum in aqua, ſedat ſtomachi dolores, & vomitus appetitum in febricitantibus.

Folia rubi vel ſentis applicata ſuper regionem ſtomachi, contra dolorem eius valent, cordisq́ tremorem.

Oleum macis, ſtomachi regioni inunctum, eius dolorem curat. Idipſum efficit maſticatum folium macis.

Origanum cum aqua potum, dolores curat in ſtomacho: cum hydromelite, laxat ventrem leniter, aduſtos humores & melancholicos purgando.

Petroſelini ſemen dolores tollit è ſtomacho, ventoſitatesq́ reſoluit.

Pulegium cum aqua & aceto ſumptum dolores & mordicationes omnes ſtomachi ſedat, appetitumq́ vomendi.

Radix gẽtianæ pota cum aqua valet contra ſtomachi defectus, cibosq́; retinet in eo.

Radix nenupharis trita & applicata.

Scordium ſiccum, pulueratum, ſumptũ pondere dr. ij. cum aqua mellita prodeſt doloribus ſtomachi.

Speltę granum coctum in vino cum nitro curat ſtomachi dolores.

Succus aloës ſumpt⁹ cum cinnamomo, zingibere macerato, cubebis, galanga, ſeminib. aniſi, & ſimilibus, eſt contra dolores ſtomachi, ad roborationem & calefactionem eiuſdem.

Stomachum confortantia.

Agaricum ſiccum & abſq; liquore ſumptum, confortat ſtomachum.

Caryophyllatæ radicis decoctio in vino facta & pota, confortat ſtomachum, & digeſtionem promouet.

Cerefolium in cibis ſumptum, confortat ſtomachum.

Crocus immixtus cibis vel medicamentis hocipſum efficit.

Decoctio betonicæ cum vino.

Grana pomorum aureorum vel aurantiorum in terra plantata, primo anno

in arbusculam surgunt, quę in cibum sumpta stomachum confortat.

Nux moschata.

Ostrutij radix in vino pota, præstat idē.

Pistacia vel fistici.

Radix enulæ campanæ.

Radix saxifragæ sicca & puluerata, sumpta cum saccharo, idem efficit quod suprà.

Siler montanum, c. s. 2. semen eius cum vino potum roborat & calefacit stomachum, ac digestionem adiuuat.

Succus tractus è pomis granatis.

SIMPLICIA MEDICAMENTA CONTRA PECVLIARES *quosdam morbos.*

De dysenteria.

ACorus luteus, vel gladiolus luteus, f. s. 3. Decoctio eius in aqua pota ad omnē fluxum valet.

Agrimonia vel Eupatorium, t. semen eius in vino potum.

Amarāthus vel flos amoris, f. s. Eius herba decocta vino, ad oēs fluxus valet.

Anisum,

Anisũ, c. ſ. 3. quoquo modo potũ ſiſtit fluxus vẽtris, etiam albos in mulieribus.
Argentina vel agrimonia ſylueſtris, ſ. 3. decocta vino vel aqua & pota, omnem fluxum etiam indifferenter ſiſtit.
Balſamita vel ſaluia Romana, c ſ. 2. Decoctio foliorum eius per ſe, vel cum ſemine paſtinacæ ſylueſtris pota.
Been album, vel herba tunicea, ſ. 2. radix eius in vino pota.
Biſmalua, vel maluauiſcum, t. Radix ei⁹ decocta vino, & pota. Item ſemen eius viride vel ſiccum, tritum ac potum, idem efficit quod herba.
Biſtorta vel ſerpentaria, f. ſ. 3. Radix eius in aqua vel vino cocta, fluxum ventris & dyſenteriam ſiſtit.
Burſa paſtoris, c. ſ. 3. Eius decoctio pota.
Caſtanea nux, ſ. Eius nucis cortex rubeus & politus, coctus, cuius decoctio pota valet ad fluxum.
Coriandrum, c. ſ. ſemen eius toſtum & potum, ad omnem fluxum.
Cornus arbor, f. fructus eius in cibo ſumpti.
Cortices lentium idem efficiunt, ac fortiùs quàm integrum corpus lentis,

Cucurbita, f. h. 2. eius folia pota cum vino dulci, & pauco aceto.

Cytonia poma, f. 1. ſ. 2. comeſta fluxus omnes ſiſtunt, cruda magis, quàm præparata vel cocta.

Equiſetum vel cauda equina, f. 1. ſ. 2. Decoctio eius in vino vel in aqua omnẽ fluxum indifferenter tollit, præcipuè mulierum, & eſt in omnib. ſummum remedium.

Fontalis vel ſpicata, f. eius decoctio in vino pota, fluxum tollit vt ipſa centinodia.

Glans quercina, ſ. 3. eius arboris folia, cortices, & calices glandium cocta in vino rubeo, hęmoptoicam curãt, dyſuriam, dyſenteriam, & omnem fluxum ſanguinis.

Groſſularia tranſmarina, vel Ribes aut Ribeſum, f. ſ. 2. fluxum etiam curant, prętertim ſuccus expreſſus & ſiccatus.

Hyacinthus, c. 2. ſ. 1. radix in vino cocta ac pota, ſimiliter ſemen eius magis fluxum ſiſtit atq; dyſenteriam.

Hypociſtis vel lapdanifera ciſtus, ſ. 2. omnem fluxum curat magis, quàm folia ciſti, quorum ſuccus eſt.

Lapa-

Lapathum vel acetoſa, ſ.3. ſemen eius potum in aqua vel in vino.

Lens, ſ. 2. Eius decoctione prima abiecta, ſi coquatur aqua recenti, reſtringit fluxum ventris, & dyſenteriam ac menſtrua, maximè ſi adijciatur acetũ, vel cichorea, portulaca, beta nigra, myrtilli, roſæ ſiccæ, neſpila aut ſorba, pyra immatura, cytonia, vel plãtago.

Lyſimachia vel ſalicaria, f. ſ. ſuccus eius aut ius intrò aſſumptum.

Macis, c. ſ. 2. fluxum ſiſtit ventris, dyſenteriam & menſtrua.

Millefolium vel chryſitis, ſ. Decoctio pota, ad omnem fluxum.

Morus celſus, f. ſ. 2. eius fructus immaturus ſiccus potus in vino rubeo.

Nenuphar vel nymphea alba, f. ſ. t. radix vel ſemen eius in vino rubeo coctũ, & potũ fluxum ſiſtit & tenaſmonem, id eſt, deſiderium ſoluẽdi ſine poteſtate.

Panicum, f. ſ. ſemen eius in vino potum, bis in die.

Pentaphyllon, vel quinquefolium, ſ. 3. eius radicis decoctio.

Pes leporis vel trifolium humile, ſ. 3. f. t. decoctum vino ac potum.

Pimpinella vel bipẽnula, ſ.3.f.2. Decoctio eius pota, vel herba & ſemen in puluerem tuſa, cum vino vel aqua ferrata ſumpta, ad omnem fluxum.

Pixacantha, vel bux⁹ ſpinoſus, ſ. Eius foliorum ſuccus vel granorum Lycium dicitur in officinis, & valet cõtra fluxum.

Plantago vel arnogloſſum, f.ſ.2. Decoctio foliorum eius omnem in vniuerſum fluxum ſiſtit.

Portulaca, f.3.h.2. cocta comeſtaq́;.

Pſyllium vel herba pulicaris, f.2.t.h. ſemẽ eius craſsiuſculè tuſum ac toſtum igni, potumq́;, omnẽ fluxum & dyſenteriam tollit, maximè qui fit ex nimis vehementi medicamento.

Rhaponticum, c.1.ſ.2. valet contra dyſenterias & fluxus ventris omnes, exiccatum ad ignem, & potum cum ſucco plantaginis, vel cum vino rubeo.

Rhus coriaria, vel ſumach, f.2.ſ.3. vtrinq; t. Grana in cibo ſumpta, ſiſtunt fluxũ, dyſenteriam & menſtrua.

Rubus vel ſentis, f.ſ.3. Succus mororum eius immaturorum reſtringit ventrem, & omnem ſanguinis fluxum.

Saluia

Saluia vel cõsaluium, c. ſ. 3. decocta cum abſinthio.
Sanguinaria vel centinodia, f. 2. ſ. 3. Decoctio foliorum eius in vino, vel ius aut ſuccus eius potus omnem indifferenter fluxum ſiſtit.
Sanicula vel diapenſia, ſ. 3. decocta vino vel aqua, dyſenteriã & hæmoptoicam tollit.
Scolopendria, ſ. decoctio foliorum eius.
Scordium mithridatium, vel trixago paluſtris, c. ſ. 3. Sicca, puluerata, ac pota in aqua mellita, vel in hydromelite, pondere dr. ij. dyſenteriam ſiſtit.
Sedum vel ſemperuiuum, f. ſ. 3. Eius decoctio vel ſuccus eius ad omnem fluxum ventris valet.
Stichas citrina, vel tinearia, c. ſ. decocta vino ac pota, omnem fluxum & menſtrua ſiſtit.
Tapſus barbatus, ſ. t. Decoctio eius in vino rubeo facta.
Thalietrum vel ſophia, ſ. t. ſemẽ eius potũ in vino, vel in aqua ferrata, dyſenteriam & fluxum ſiſtit.
Tormentilla, vel ſeptifolium, ſ. 3. Radix eius puluerata cum vino, ſi non adſint

febres, vel cum aqua ferrata, vel caly-beata, si adsint, omnem fluxum indifferenter tollit.

Vinca peruinca, f. Herba vel eius radix in vino decocta & pota.

Vitis vuifera, f. f. succus foliorum eius & locustarũ potus simul aut separatim. Itẽ grana botri cocta in aqua, potaq́; etiam si hæc decocta immittantur per clistere.

Vua crispa, f. f. 2. Eius acini immaturi & maximè succus ipsorum exiccatus.

De plevresi.

Cassia fistula, c. h. 1. mixta cum aquis refrigerantibus.

Origanum Hispanicum, c. f. 3. cum melle compositum, lambitionibus.

Viola nigra vel purpurea, f. 1. syrupus eius ad pleuresin valet.

Vrtica Romana, mas, c. f. semen eius mistum cum melle, sæpiùs lambendo.

De peste.

Angelica, c. f. afflictis & correptis peste mox propinetur dr. j. huius radicis pulueratæ in vino hyeme, vel in aqua rosa-

rosacea æstate, prouocetur sudor, &c.
Calendula, c.s. Conserua florũ eius contra pestem & corruptum aërem.
Carduus benedictus, c. s. Puluis eius datur felici successu contra pestem, quod cortice nucis mensurari potest, 24. horis post correptionem prouocato sudore.
Carlina vel spina alba, c. 1. s. 3. Radix eius puluerata ac sumpta dr. j. Fertur Caroli Magni exercitum hac radice liberatum fuisse ab ea contagione.
Cruciata, c. s. in vino sumpta vt suprà dictum, ad omnes morbos pestilentes.
Lilium conuallium.
Malum citriũ vel aurangium, f. s. 3. succus ipsorum & quod continetur intrinsecus, potus vel cõfectus ac sæpiùs potus curat ac præseruat à peste.
Morsus diaboli, c. s. 3. Herbæ decoctio cũ radice in vino pota.
Myrrhis, vel cicutaria, c. 2. decocta vino, tẽpore pestis pota ter vel quater, præseruat à peste.
Ostrutium vel herba saponaria, c. s. 3. potum cum vino, & pulueratũ cum suis folijs, resoluit carbunculum.

Palma Christi, c. s. 3. semen eius tritum cum lacte potum.
Petasites, s. 3. sicca, puluerata, & in vino sumpta, est summum ad pestem remedium, quia sudorem prouocat, & discutit à corde venenum.
Ruta domestica, c s. 3. folia in cibo sumpta, vel cum nucibus iuglandibus & ficubus siccis in dianucum confecta, valent ad præseruationem.
Saxifraga, c. s. 3. pota cum vino & aceto, & ore contenta, pestem curat, & præseruat à corrupto aëre.
Tormentilla, s. 3. foliorum & radicis eius decoctio in vino, vel ius eius potum idem efficit quod suprà. Etiam radix eius exiccata & pota.
Vetonica altilis, coronaria, c. s t. Conserua florum eius cum saccharo. Idem efficit eius radix, puluerata & cum vino sumpta.
Vnifolium, c. s. Radix istius posterioris puluerata ac pota in vino pondere dr. ss. vel cum aceto, cõtra pestem vel venena.

De podagra.

Abies, c. s. 2. Eius resina, quæ pini dicitur, sum-

sumpta sæpiùs per os pondere dr.j.
Aristolochia rotunda, c.s. 2. trita valet ad sedandos dolores.
Atriplex, f.1.h. 2. semen eius applicatum cum nitro, melle & aceto.
Branca vrsina, c.s.t. Radices eius virides applicatæ.
Bulbus esculentus, c.s. applicatur per se, vel cum melle.
Cannabis, c.s.3. Radix eius cocta in aqua, trita & superposita.
Cassia fistula, c.h.1. applicata.
Caulis vel brassica satiua, c. s.1. succus eius temperatus cum farina de fœnugræco & applicatus.
Cucumer syluestris, c. s. 2. Radix eius in aceto contemperata & applicata, dolores atque tumores aufert.
Cyclamen, vel tuber terræ, c.s.3. Radicis decoctio pro balneo.
Elleborus albus, c.s. 3. Radix eius applicata extrinsecus, vel decocta aut trita.
Elleborus niger, radix eius sumpta, purgat podagricos humores viscosos, verùm periculosum est, nisi corrigatur.
Genista, c.s.3. flores eius temperati cum adipe porcina & applicati.

Heliotropion magnum, c. ſ. eius folia t
ta & ſuperpoſita loco affecto.
Hermodactylus, bulbus agreſtis, val
ad podagram, ſumptus cum correct
one tamen.
Hordeũ, f. ſ. 1. Eius farina mixta vel tem
perata cũ aceto vel cytonijs applicat
Hyoſcyamus, f. 3. Semẽ eius ſedat eiu
modi dolores.
Lenticula, ſ. 2. t. cocta cum farina horde
toſta & applicata.
Lolium, c. 3. ſ. 2. Eius farina cum hydro
melite vel oxymelite applicata.
Oſtrutium ſylueſtre, c. ſ. 3. tritum & ap
plicatum.
Papauer, f. ſ. 4. correctum per crocum, &
cum aceto applicatum ſemen cum la-
cte mulieris.
Pentaphyllon, ſ. 3. Radicis decoctio valet
ad podagram & ſchiaticam.
Populus alba, arborea, temperata.
Populus nigra, c. ſ. 1. Eius folia cum aci-
nis recentibus trita & applicata.
Pulegium, c. ſ. 3. tritum & affricatum lo-
co affecto, vſq; dum rubuerit.
Rapa, c. h. cocta in lacte & applicata.
Roſmarinus, c. ſ. ſemen eius mixtum
cum

cum farina lolij & applicatum.
ambucus, c. ſ. 3. Eius folia viridia trita & applicata.
hymus vel thymum, c.ſ. 3. ſumptũ in vino extra morbum & in morbo cum dr.j.oxymelitos.

De podagra calida.

ucurbita, f. h. 2. Pulpa eius interna vel medulla applicata.
tubus vel cichorea, f. ſ.3. Folia viridia trita & applicata.
dum maius, vel barba Iouis, f.ſ.3.trita per, vel cum farina hordei, toſta & applicata.

De podagra pedum.

hanaſia, vel Tanacetum, c.2.ſ.3. Radix eius in melle confecta, & ore ſumpta valet ad iſtam podagram.
ãca vrſina, c.ſ.t. viridis in cataplaſmate applicata.
rietaria muralis, f.h.t. ſuccus eius tem peratus in vnguentum cum adipe hœ li inunctus.

De hydropisi.

inthium, c.1.ſ.3. tritum cum ficubus,

ſale petræ,& farina loliј, applicata v
tri vel ad latera.
Agnus caſtus, c ſ.3. Semen eius potum
vino, pondere dr.j.
Allium, c. ſ. 4. crudum vel coctum,
comeſtum.
Aniſum, c. ſ.3. Semen eius coctum cu
vino vel aqua ſumptum.
Arundo, vel calamus odoratus, c.ſ.qu
quo modo potus.
Aſarum, c. ſ. 3. coctum in vino, potum
Betonica vel vetonica, c. ſ. 2. valet qu
cunque modo ſumpta cum vino
aqua.
Bulbus eſculentus, c. ſ. tritus cum me
& puluere piperis ſuper tumores h
dropicos applicatus.
Cartamus vel crocus ſyluestris, c. 1.ſ.
Succus eius tractus ex ſemine trito,
potus in aqua mellita, vel cum iu
carnium gallinæ, ſoluit ventrem fe
citer, præſertim hydropicis.
Chamædrys, vel Gamandrea, c.ſ.3. Ei
herbę decoctio cũ florib. in aqua po
Cucumis aſininus, c. ſ. 2. Succus eius
citur Elaterium, quod ſumptum p
dere ſcr.ſ. corrigendũ eſt cum hydr
me

melite, vel cũ lacte, aut cũ gummi tragacãtha, pauco sale, & semine fœniculi, aut anisi. Idẽ efficit ius radicis, & corticis, sed mitiùs q̃ Elateriũ operatur.
Cyperus, c.s. 3. Radix eius in vino decocta, sumptaq́; per os.
Ebulus, vel humilis sambucus, c. s. 3. Radix eius in vino cocta ac pota.
Elleborus niger, c. s. 3. Radix eius cõtemperata farinæ hordeaceæ, feliciter in cataplasmatis forma applicatur ventri hydropico.
Fraxinus, c. t. Eius folia & locustæ, item cortex, cocta simul in vino, potáque. Item folia fraxini syluestris cocta in vino & pota.
Fœniculum, c. 3. s. 1. locustæ eius coctæ in vino & pota.
Genista, c. s. 3. Folia & summitates cocta cum vino vel aqua & pota.
Iris, c. f. 2 s. 3. cocta in vino & pota.
Laurus, c. s. 2. Cortex eius vel bacca cocta vino & pota.
Maiorana, c. s. 3 cocta in vino albo & pota.
Mercurialis, c. s. 1 cocta in aqua & pota, ventrem laxat purgando hydropicos.

Origanum, c. ſ. 3. manducatum cum ficubus.
Oſtrutium, c. ſ. 3. Radix eius pota in vino.
Palma Chriſti, c. ſ. 3. Semen eius tritum, & cum lacte potum, temperatur tamẽ in correctionẽ ſemine fœniculi, aniſi, cinnamomo, zingibere, cæteriſq́.
Paſtinaca ſatiua, c. ſ. 2. Semen eius valet ad eundem affectum.
Polium montanum, c. 2. ſ. 3. coctum in aqua vel in vino, & potum.
Raphanus minor, & ſatiuus, c. 3. ſ. 2. Radix eius valet contra hydropiſin.
Ruta domeſtica, c. ſ. 3. cocta in vino ad conſumptionem medietatis, & pota.
Sambucus, c. ſ. 3. correctus tamen. Eius grana & potiſsimùm parua exiccata, id eſt, quæ intrinſecus latent, proſunt hydropicis.
Sinapis vel ſinapium, c. ſ. 4. Succus eius vel ſemẽ ſimul, vel per ſe cum ficubus in emplaſtrum ſubacta & applicata ſuper ventrem.
Soldanella vel braſsica marina, c. ſ. 2. cocta in iure pingui carnium, & pota cum correctione tamen, per aniſum, cinnamomum, zingiber, & multum ſaccha-

ſacchari, in puluerem omnibus tritis.

Solidago vel conſolida Saracenica, ſ. 3. cocta in aqua & pota.

Squilla, c. 2. ſ. 3. in paſta inuoluta & cocta in furno vel ſub cinerib. calidis priùs, ac mixta cum aliȷs medicamentis idoneis, modica quantitate correctaq́ꝫ.

Vitis ſylueſtris, vel bryonia ſylueſtris, c. ſ. Radix eius cocta in vino vel aqua, pota.

Vmbelicus Veneris, f. h. Eius folia cum radicibus comeſta.

DE ICTERICIA, SIVE AVRIGINE.

Abſinthium Romanum, c. 1. ſ. 3 Decoctio eius ſumpta, ſingulis diebus curat icte riciam.

Agaricum, c. 1. ſ. 2. ſumptum pondere dr. j. corrigatur tamē zingibere, ſale gem, mæ, vel oxymelite.

Alkekengi, vel Halicacabus, f. Ceraſa e- ius ſumpta.

Aſparagus, t. locuſtarum eius recenter creſcentis decoctio per ſe vel cum ciceribus pota.

Atriplex vel chryſanthum, f. 1. h. 2. Semē eius in hydromelite ſumptum.

Buphthalmum, oculus bouis, c. ſ. coctũ vino, & eius decoctio pota à balneo.
Calamenthum mõtanum, c. ſ. 3. potum aqua mellita.
Cannabis, c. ſ. 3. Semen tritum, & ſumptum in vino albo.
Cartamus, crocus ſylueſtris, c. 1. ſ. 2. Folia eius cocta cum aqua mellita.
Caſsia fiſtula, c. h. 1. ſumpta cum aquis refrigerantibus.
Centaurea minor, c. ſ. 3. cocta in vino, & eius decoctio pota.
Ceterach, vel ſcolopẽdria, t. valet ad ícte-riciam, quoquo modo ſumpta.
Chelidonium maius, c. ſ. 3. Radix eius cũ aniſo cocta in vino albo, & pota.
Chryſanthemum, c. ſ. Decoctio eius in vino pota.
Conſolida aurea, Prunella, Solidago, ſ. t. Decoctio pota prunellæ.
Cyclamen, c. ſ. 3. potum cum vino vel hydromelite.
Dulcamara, c. ſ. Decoctio foliorum eius in vino pota.
Elleborum nigrum, c. ſ. 3. Radix eius cocta in aqua, cum ruta & agrimonia vel eupatorio altero pota.

Eu

Euphrasia,c.s.2 cocta in vino,potaq;.
Hedera terrestris,c.s.3 Decoctio pota.
Hyacinthus,s.1.f.2. Semen eius coctum in vino,& decoctio pota.
Iua arthetica siue moschata,c.2.s.3. Folia eius in vino pota per 7.dies.
Lapatium, f. s. 3. Radicum eius decoctio in vino pota.
Lauendula, c. s. 2. Flores eius per se, vel cum cinnamomo, nuce moschata, in vino cocti,& hæc decoctio pota.
Linaria,c.s.3. Decoctio eius pota, vbi nõ adsunt febres, valet ad inueteratam ictericiam.
Ocymum,Basilicum, c. h. cũ vino sumptum vel decoctum.
Origanum,c.s.Decoctio eius in vino pota, vel in lauacrum vsurpata.
Ostrutium,c.s.3.valet ad ictericiam.
Palma Christi, c. s. 3. Semen eius tritum cum sero lactis,& sumptum.
Pastinaca,c.s.t. Radix eius exiccata in puluerem facta,cum hydromelite pota.
Pentaphyllon,quinquefolium,s.3. Succus foliorum potus.
Plantago,f.s.2. Radix per se vel cum suo semine cocta in vino & pota.

Podagra lini, vel cuſcuta, c. ſ. Eius deco-ctio in aqua vel in vino pota.
Portulaca, f. 3. h. 2. comeſta.
Rheubarbarum, c. 1. ſ. 2. ſumptum ponde-re dr. j. in ſero lactis aut aqua refrige-rante.
Roſa, c. h. t. Succus expreſſus ex florum folijs potus.
Roſmarinus, vel coronarium, c. ſ. 2. Eius decoctio in aqua pota, ante omne ex-ercitium.
Rubia tinctorum, c. 2. ſ. 3. Decoctio eius cum hydromelite pota.
Ruſcus, c. 2. ſ. 1. Radicum eius decoctio ſumpta.
Ruta muraria, vel capillus Veneris, t. va-let ictericis.
Scariola vel endiuia, f. ſ. 3. Succus eius vel decoctio pota, valet ictericis.
Solidago Saracenica, ſ. 3. cocta in vino & pota.
Taraxacon vel ſonchi, f. ſ. Succus eius potus.
Tormentilla, ſeptifolium, ſ. 3. Decoctio foliorum & radicis pota.
Verbena, ſ. Folia eius cocta in vino, & po-ta decoctio.

DE CALCVLO ET ARENVLIS.

Abies, c. ſ. 2. Reſina pini liquida ſumpta pondere vnc. ſs. prouocat vrinam, & calculum arenamq; pellit.

Amygdalæ amaræ, c. ſ. cum vino dulci ſumptæ, prouocant vrinam, difficultatemq; ipſius emendant, & calculum pellunt.

Aſparagus, t. Eius radicis decoctio per ſe, vel cum ciceribus pota.

Biſmalua vel maluauiſcum, c. ſ. 1. Radicis eius decoctio in vino pota.

Capparis, c. 3. Radix eius vel cortices vehementer prouocant vrinam etiam vſq; ad ſanguinem, ſi nimius vſus eorum ſit.

Carduus benedictus, c. ſ. coctus in vino & calidè potus, vrinam prouocat & pellit arenam.

Carduus ſtellaris, c. Semen eius tritum, & in vino potum.

Caſsia fiſtula, c. h. 1. mixta cum decoctione liquiritiæ, vel radicum petroſelini, aut cicerum, vel omnium ſimul, & pota, pellit arenam, & præſeruat arenam à calculo.

Cepea, vel Becabunga comesta cum ace-
to vel oleo, valet ad arenam.

Chamomelum, vel Chamomilla, c. s. 1. e
ius decoctio facta in aqua, applicat
extrinsecus ad locum vesicæ, dolore
eius sedat, & lapidem pellit in arenam

Chamomilla fœtida, c. s. eodem mod
vsurpata, quo prior, idẽ efficit ad vesi
cam & lapidem.

Cicer arietinum, c. s. 1. prouocat vrinam
lapidem frangit, & pellit arenam.

Cornu ceruinum, herba, f. s. t. sumptum
in cibis, vel aliter quoquo modo, in o
mnibus correspondet plantagini.

Crocus, c. 2. s. 1. Radix eius in vino pota
prouocat vrinam, arenam ciet, & gut-
tatim mingendo auxiliatur.

Daucus Creticus, vel Noster, c. s. 3. Semẽ
eius potum, valet ad difficultatem v-
rinæ, calculum & arenam.

Eryngium, vel iringus, t. Eius decoctio
in vino pota, valet plurimùm contra
lapidem, arenam, & difficultatem v-
rinæ, renes purgat & lapidem pellit.

Ficus arbor, c. h. 2. fructus eius siccus,
sumptus ante pastum, arenam pel-
lit.

Genista,

Geniſta, c. ſ. 3. Radix eius habet aliquando quandam excreſcentiam, quam rapum geniſtæ vocant. Eius rapi decoctio in vino pota, prouocat vrinam, frangit calculum, & arenam pellit.

Gramen, f. ſ. Semē eius in vino coctum, prouocat vrinam, & arenam pellit.

Gummi ceraſorum acetoſorum nigrorum potum in vino, calculum frangit & expellit.

Halicacabus, vel Alkekengi, f. t. Eius ceraſa prouocant vrinam, dolorem veſicæ, renumq́ ſedant, lapidem & arenam pellunt.

Herba S. Barbaræ, c. ſ. 2. Semen eius vrinam ciet, arenam pellit & lapidem, quod experimento conſtat.

Lapatium, t & ſ. 3. radix eius in vino decocta & pota prouocat vrinam, lapidem & arenam pellit.

Lappa maior, c. ſ. etiam lappa minor. Eorum ſucci poti cum vino albo.

Laurus, c. ſ. 2. Radices eius, c. ſ. 3. Earum radicum cortices in vino poti, frangunt calculum.

Malua, c. h. t. Semen eius in vino coctum & potum.

Meſpilus arbor, f. ſ. Lapilli fructus eius triti potiq́; frãgunt lapidẽ & pellunt.
Naſturtium aquaticum, c. ſ. 2. comeſtum per ſe, vel cum aliĳs conuenientibus.
Nux moſchata, c. ſ. 2. temperata aliquandiu in oleo amygdalarum dulcium, & poſtea toſta ad ignem ſumpta, valet ad expellendum arenam, & guttam vrinæ ſoluendum.
Parietaria, f. h. t. Decoctio eius pota, & in fermentum ſuper locum veſicæ applicata.
Paſtinaca ſatiua, c. ſ. t. in puluerem facta, cum hydromelite pota.
Petroſelinum vel apium hortenſe, c. 2. ſ. 3. Radicis eius decoctio pota, prouocat vrinam, pellit arenam & lapidem.
Petroſelinum Macedonicum, c. ſ. 3. Semẽ eius pellit calculum & arenã, vrinam prouocando.
Prunus arbor, f. ſ. gummi eius potum in vino, calculum frangit & expellit.
Rapæ, c. h. Earũ locuſtæ tenellæ comeſtæ.
Reſina liquida laricis, c. ſ. cum melle, vel per ſe ſumpta in oblata inuoluta.
Reſta bouis, c. ſ. 3. Radicis eius cortices cum melle poti, calculum frangunt &
per

per vrinam pellunt. Idem efficit eorum decoctio in vino facta & pota.

Rosa ſylueſtris, ſ. ſupercreſcẽtiam quandam habet in formã lanuginoſi muſci, & falsò vocatur Bedegar roſarum, cùm Bedegar ſit Carlina herba. Muſc⁹ itaq; roſarum dictarum ſylueſtrium, maximam habet efficaciam ad prouocandum vrinã difficilem, pellendum quoq; calculum & arenam.

Ruſcus vel myrtus ſylueſtris, c.2.ſ.1. Radicum ei⁹ decoctio in vino pota, prouocat vrinam difficilem, frangit calculum, & pellit arenam.

Serpillum, c.ſ.3. Eius decoctio in vino pota, pellit arenam & lapidem.

Siſymbrium, vel mentha aquatica, c.ſ.2. ſumpta valet ad lapidem, & renum arenam. In vino ſi decoquatur, guttatim emingere facit.

Spina acuta vel alba, ſ. Baccæ rubeæ valent contra calculum & arenulam.

Terebinthina, c. ſ. 2. ſumpta quantitate nucis auellanæ, prouocat vrinam, & lapidem frangit.

Tribulus, c. ſ puluis ei⁹ nucis in vino potus, ad vrinam ſanguinolentã & arenoſam pellendum valet.

DE FEBRIBVS.

Decoctio primulæ veris, aut herbę Margaritæ, siue cōsolidæ minoris, florum per se, vel cum suis folijs, in aqua pota.

Flores violarum cum suis folijs & herba cocti & poti.

Rhabarbarum quoquo modo sumptū.

Succus ex folijs & baccis berberis potus.

Succus ex seminib. Athanasiæ mixtus cū oleo rosaceo inunctus corpori ante febriū accessum, eas ꝓpellit & expellit.

Succi pomorum granatorum, aurantiorum & citriorum.

Violarum syrupus valet contra febres, præsertim infantum & puellorum.

Vua crispa immatura.

Febribus calidis.

Casṡia fistula.

Conserua florum nympheæ vel nenupharis.

Decoctio linguæ serpentis, ophioglosṡi in aqua pota.

Decoctio seminis psyllij in aqua pota.

Decoctio violarum.

Hepatica, herba Trinitatis, valet febribus calidis.

Ius vel succus aut decoctio cichoreæ.

Sebe-

Sebestes prosunt.
Syrupus aurantiorum.
Succus rosarũ maximè rubearũ potus.

Febribus frigidis & diuturnis.

Saxifraga, radix sicca & pulverata cum semine suo, sumpta cum saccharo.

Febribus tertianis.

Borago. Fertur, si borago habens tres stipites vel ramos à radice surgentes, teratur cũ radice & semine, ac potetur, valere ad febres tertianas: & illam quę quatuor habet, ad quartanam.
Decoctio cardui benedicti in vino, valet ad febrem quartanam.
Decoctio hepaticæ, pota valet contra febres tertianas.
Eupatorium masculum, adulterinum coctum in vino vel in aqua.
Folia Ceterach sumpta cum aceto diebus 40. & cum vino trita applicata sinistro lateri.
Folia pentaphylli pota in vino vel in aqua, curant febres tertianas & quartanas.
Folia persicorum arborum cum herbis conuenientibus ventrem laxant, & tertianam curant.

Grana tria heliotropij magni, vna hor ante accessum febris tertianæ, curare & quatuor ad quartanam, vt aliquorum est opinio.
Hypericum adulterinum, dictũ fœnum durum, coctum in vino, & potum liberat à febre tertiana & quartana.
Plantaginis tres radices cum vino sumptæ & aqua, tertianas curant, & quatuor, quartanas.
Pulegium inuolutum in lana, olefactũ, & lecto inter linteamina positum.
Radix polypodij ventrem laxando, quartanã curat, adiũcto modico epithemo.
Radix satyrionis maris regalis, cum vino trita potáq; , vomitum excitando curat tertianam.
Succus centinodiæ prodest cõtra febres tertianas, vna hora ante accessum cũ vino potus.
Succus cichoreæ potus.
Tria folia trifolij odorati vel fœtidi cũ vino pota, valẽt ad tertianam & quartanam ante accessum.
Verbenæ reptilis, vel humilis masculi, habentis in ramo quopiam tres iuncturas, decoctio pota, contra tertia-
nas,

nas, & quatuor, contra quartanas.

Vermiculi inuncti in floribus virgæ pastoris, appensi collo vel brachio.

Febribus pestilentialibus.

Carduus benedictus.

Herba petasites, sicca & puluerata, ac in vino pota, est optimum remediū contra pestem & febres pestilētiales. Nam sudorem prouocat, quo venenum à corde pellit, & prauos calores ac vermes interficit, & est maximè ad suffocationē matricis efficax medicamentum.

OBSTRVCTIONIBVS REMEDIA.

Allium aperit oppilationes.

Amygdala amara aperiunt.

Chamædrys cum suis floribus cocta in aqua & pota, aperit obstructiones corporis.

Cortices radicum lauri arboris in vino poti.

Digitalis cocta in aqua vel in vino & pota, aperit obstructiones.

Oleum chamomillæ intus & extra, obstructa quæuis aperit.

DE LIQVOROSIS HERBARVM GVMMIS.

AMMONIACVM.

Eſt gummi liquoroſum ex planta agaſylli, c. ſ. 2.

Aſthmaticis & ſpirioſis prodeſt.

Capitis doloribus inueteratis.

Cerebri neruorum & partium extremarum doloribus.

Epilepſiæ confert.

Fœtum educit mortuũ, modicè per vices ſumptum, nec ſæpè, nam ſanguinem per vrinam exprimit.

Guttæ prodeſt.

Guttæ duras crepaturas in iuncturis & extremis partibus diſſoluit, mixtum cum pice & melle, applicatum, vel alijs vnguentis admixtum.

Hepatis & ſplenis doloribus prodeſt, aceto maceratum & ſuperpoſitum.

Oculorum aciem & viſum clarificat, collyrijs permixtum.

Oppilationibus thoracis confert.

Phlegmata per ſputum eijcit, in modum lohoth ſumptũ cum melle vel hordeo mundato.

Schiaticis doloribus vtiliter applicatur, alijsq; cum oleo cyperi mixtũ & nitro.
Scyrrhis prodest.
Splenis duritiem & oppilationem curat.
Thoracem mundificat.
Tophos duros fissurásve tollit.
Tumores duros curat.
Ventrem laxãdo purgat, sumptum pondere drach. j.
Viscosos humores pellit à longinquis attrahendo.
Vrinam prouocat.

EVPHORBIVM.

Euphorbium, c. s. 4. Periculosum est intrinsecus adhibitũ, nisi præparatum, & summo iudicio, minimaq; dosi. Eius verò præparatio hęc est: Coquatur id in pasta panis, inunctum prius oleo dulci amygdalarum, & citrio malo inclusum, ac in furno more panis.
Capitis inueteratos dolores curat.
Dolores venereos.
Emplastrum euphorbij confectum ex eius parte vna, & olei partibus xij. cum cera modica, valens
Conuulsionibus.

Iuncturarum doloribus omnibus.
Neruorum affectionibus.
Paralysi,&c.

Curat præterea euphorbium:
Ictericiam.
Loquelam deperditam ex apoplexia [...]stituit, applicatum ad nucham coll[...]
Neruorum & partium longinquarũ f[...]gidos & viscosos humores phlegm[...]ticos & choleram purgat.
Paralysin curat.
Pestem & contagiosos morbos.
Tineam, alopeciam curat, tritum cu[...] oleo laurino, adipe vrsina, lupina, ce[...]uina, aut alia, nudatamq́ pilis cute[...] vestit.
Somnolẽtos & lethargicos expergefaci[...] cum oleo inunctum ad tempora.

GALBANVM.

Galbanum, c. 3. s. 2.
Aurium affectus & purulentias curat cũ oleo rosaceo, vel nardino mixtum & instillatum.
Costarum dolores curat.
Dentium dolores mitigat immissum ca[...]uitatibus.

Difficul-

Difficultatem anhelitus.
Epilepsiam suffumigio suo curat.
Faciei & corporis maculas delet, cum aceto & nitro mixtum.
Fœtum mortuum educit, in modū pessarij vel suffumigij vsurpatum.
Internas rupturas & conuulsiones, contractionesq́; neruorum.
Lentigines tollit.
Matricis suffocationem curat suffumigio suo.
Matricem suo loco naturali restituit, super vmbelicum applicatum.
Menses prouocat.
Partum adiuuat, sumptum cum vino quantitate fabæ.
Serpentes omnes, & venenata fugat animãtia odore solo, præseruat inunctos ab istis ne pungantur, imò quas tangit venenatas bestias, enecat.
Spasmum curat.
Splenis oppilationes &
Suspiria tollit.
Tussim curat inueteratam.
Venenis resistit sumptis, aut in corp⁹ inflictis, si cū myrrha bibatur in vino.
In summa, dolores omnes mitigat, attra

hit & extrahit infixa corpori, calefa-
cit, digerit, mollefacit, diſſoluit, aper-
Apoſtemata.
Scyrrhos.
Tumores inueteratos, admixtum vn-
guentis, oleis, vel emplaſtris.

GLAVCIVM.

Eſt herbæ gummoſus liquor.
Ignem ſacrum vel alium ab initio extin-
guit, priusquam radicatus ſit.
Oculorum collyrijs vtiliter admiſcetur
ad refrigerandum & defluxiones ſi-
ſtendum.

LASERPITIVM.

Eſt ex herba laſere liquor ſiccus, c. ſ. 3.
Alopeciam curat, permixtum cum pipe-
re, aceto & vino.
Ani omnes excreſcentias tollit in aceto
coctum vnà cum corticib⁹ pomorum
granatorum.
Callos plus ſcarificatos depellit, cũ mel-
le, nitro & ruta mixtũ & applicatum.
Carnis omnem excreſcentiam tollit vnà
cum vitriolo, & viridi æris.
Dentium dolores curat eius decoctio in
aqua

aqua cum ficubus & hyſſopo in ore tenta.

Epilepſiæ prodeſt cum melle & aceto vel ſyrupo acetoſo ſumptum.

Febrium rigores tollit, potum cum thure & pipere in vino.

Febres quartanas curat per Electuariũ ex ipſo factum, & ex ſucco Cyrenaico, vnà cum pipere, zingibere, folijs rutę, & melle mixto, quod etiam antidotũ dicitur ad febres quartanas.

Hydropiſin, ſumptũ cum ficub⁹ paſsis.

Ictericiam, eodem modo.

Maculam incipientem aufert melli mixtum.

Menſes prouocat, ſumptum cum pipere & myrrha.

Peſtilẽtes carbunculos rumpit, applicatum ſuperiùs, cũ ruta, nitro, & melle.

Pleureſin, ſi ſumatur cum iure carnium aut alio, curat.

Polypum in naſo, ſimiliter applicatum forinſecus tollit.

Rheúma ſubitaneum curat, ſi in aqua diſſoluatur hoc gummi.

Scabiem etiam omnem.

Secundinam & fœtum mortuum pelli*.

Spaſmum & cõtractiones membroru ac neruorum, ſumptũ pondere ſcru
Squinantiam tollit, melli mixtum & hydromeliti, cũ aceto per gargariſatiõ
Talorum affectiones ex frigore ortas tollit, in oleo coctum, & inunctum.
Tineam malam curat, permixtum cũ pipere, aceto & vino.
Tuſsim, in ouo ſorbili ſumptum.
Ventris fluxui cõfert cœliaco ſumptu in cute botri vuarum.
Verrucas tollit, applicatũ ſuperiùs cu melle, ruta & nitro.
Viſum acuit.
Vulneribus confert omnibus venenat gummi hoc ſumptum, intrinſecus & forinſecus applicatum.
Vuulam reprimit, melli mixtum.

Laſerpitium alterum,

Aſa fœtida vocatur, ad præcedentia valet omnia, licet non ita feliciter, olefacta tamen & vmbilico applicata.
Suffocationem matricis curat.
Item loco ſuperioris laſerpitij odoriferi benzoi vſurpatur.

PANA-

PANACES VEL OPOPANAX.

Eſt lacryma vel gummi radicis herbæ Panacis,c.3.ſ.2.

Apoſtemata dura in aceto maceratum & ſuperpoſitum digerit & mollificat.

Aſthmaticis & ſpiroſis confert.

Caſibus ab alto,intrinſecus læſis.

Coſtarum doloribus reſiſtit.

Dentium dolores mitigat, cauernis impoſitum, aut in aceto coctum, & ore contentum.

Emplaſtris vtiliter miſcetur,quę calefacere debent & mollificare.

Febrium rigori reſiſtit.

Hydropiſin in vino maceratum & potum,curat.

Inteſtinorum ventoſitatibus reſiſtit.

Menſes prouocat cum melle in modum peſſarÿ.

Oculis prodeſt per ſe, vel collyrÿs admixtum.

Paralyſi medetur.

A phlegmaticis & frigidis humoribus, viſcoſis, attractione per ipſum à remotioribus partibus, vt à capite, neruis, & iuncturis,liberat.

Peſtilentibus carbunculis & tumoribus superpoſitum, ſed priùs in aceto macerratum, ac ferměto panis immixtum medetur.

Podagricos dolores cum pulpa vuarum paſſarum ſuperpoſitum ſedat.

Schiaticos dolores mitigat.

Secundinam fœtumq́ mortuũ expellit.

Spaſmo reſiſtit.

Splenis duritiem curat.

Stranguriam depellit.

Thoracem mundificat, eodẽ modo quo ſuprà ſumptum.

Tuſsi inueteratæ prodeſt.

Ventrem euacuat, pondere dr. ij. vel minori ſumptum.

Veſicæ ſcabiei, eiusq́ vulneribus internis prodeſt, cum hydromelite & vino potum.

SAGAPENVM, VEL SERAPINVM.

Sagapenum, c. 3. ſ. 2. purgat & curat inferius pondere dr. j ſumptum.

Anhelitum breuem reficit.

Apoplexiam curat.

Bubones.

Capitis dolores, & affectus omnes.

Cere-

Cerebrum.
Choleram.
Cicatrices tollit cum rutæ ſucco inſtillatum.
Conuulſiones.
Contractiones.
Coſtarum dolores.
Epilepſiam.
Febribus frigidis valet.
Fœtum mortuum eijcit.
Humores viſcoſos.
Maculas tollit.
Matricis ſuffocationi cõducit eius odor.
Menſes prouocat, cum hydromelite potum.
Morſibus & puncturis venenatis valet cum vino ſumptum.
Neruorum dolores curat.
Oculorum prodeſt aciei.
Paralyſi medetur.
Phlegmata omnia inueterata expellit.
Scyrrhos.
Splenis duritiem, oppilationem & ventoſitatem curat, nedum intrinſecus ſumptũ, ſed forinſecus etiã applicatũ.
Thoracem mundificat ab omni phlegmate frigido.

Tumores veteres digerit, & resoluit i[n]
aceto temperatum.
Tussim inueteratam curat.

TRAGACANTHA.

Est gummi Tragacanthi, curat
Rheuma vetus, & asperitatẽ vocis, cu[m]
melle sumptum in forma lohoth.
Thoracis quoque asperitatem.
Tussim.
Electuarium ex eo factum, in officini[s]
Diatragacanthũ vocatur, & vẽditu[r].
Cutis poros claudit contra fluxiones sa[l]
sas.
Oculorum collyrijs admiscetur ad acri[-]
moniam ipsorum tollendam.
Renum dolores curat.
Vesicæ erosionem temperatum cum vi[-]
no, coctumq́ pondere dr j. adiunct[o]
cornu ceruino vsto, & abluto.

DE LIQVOROSIS AR-BORVM GVMMIS.

BDELLIVM VERVM.

Est officinis incognitum, liquor est pere-
grinus,

grinus, cuius loco ſubſtituitur myrrha vilior & gummoſior, c. 2.
Conuulſiones & rupturas curat.
Coſtarum dolores.
Duritiem omnem emollit.
Lapidem & arenam renũ frãgit potum.
Matricis obſtructiones aperit applicatũ, vel ſuffumigatum, fœtũ educit mortuum.
Tuſsim ſedat.
Ventoſitates pellit.
Vrinam prouocat.

CAMPHORA.

Lacryma arborea, f. ſ. 3.
Capitis dolores mitigat.
Corporis eſt præſeruatiua.
GonorrhϾ & fluxui ſeminis naturalis prodeſt cum ambra pota & aqua nenupharis.
Hepatis inflammationes curat.
Mẽſtruis albis mulierum, vel ſuper ventrem, renes & genitalia applicata.
Oculorum defluxionibus valet
Sanguinẽ è narib. fluentẽ ſiſtit, inſtillata cũ ſemine vrticę, vel frõti ſuperpoſita cũ ſucco ſedi maioris, plãtaginis, &c.

LACHA.

Lacryma, c.ſ.2.
Dentium doloribus prodeſt.
Epilepticis conducit.
Hepatis & inteſtinorum obſtructiones aperit.
Menſtruũ promouet cum hydromelite.
Oculis confert in vino diſſoluta.
Repletos attenuat, ſumpta põdere ſcr. j. ſ. in aqua vel hydromelite dieb. aliq̃t.
Splenem diminuit.
Suſpirioſis, melancholicis conducit.

MYRRHA.

Eſt lacryma arboris peregrinę, c.ſ.2. ſumpta quantitate fabæ, valet
Coſtarum & thoracis dolori.
Fauciũ aſperitatem emollit, ſub lingua tenta.
Gingiuas confirmat, cum ea vino & oleo lotas.
Matricis duritiem mollit applicata cum abſinthio.
Mẽſes prouocat & fœtũ educit mortuũ, cũ decoctione lupinorũ & ſucco rutæ.
Reſpirationi difficili valet.
Rigori febrium eadẽ quantitate ſumpta ante acceſſum.

Ventris fluxui & dysenteriæ.
Vermes ventris enecat.

OLIBANVM VEL THVS.

Est liquor vel gummi fluens ex arbore sua, c.2.s.1.
Dysenteriæ medetur.
Hæmoptoicæ prodest.
Sanis obest, & immodicè sumptū necat.
Vberibus mulierū post partum prodest, cum terra chimolea & oleo rosato inunctum.
Verrucas tollit, pendulas cum aceto & pice mixtum.
Vlcera replet caua.
Vlceribus capitis cum nitro medetur.

SARCOCOLLA.

Lacryma gummea, c.s.2.
Cerebrum, neruos, pulmonem, thoracem & tussim mundificat pondere dr. j. sumpta vel paulò plùs.
Humores phlegmaticos in iuncturis & partibus extremis purgat.
Oculis maximè confert, in lacte macerata.
Vitiū eius corrigitur zingibere, & cardamomo.

Vlcera vulneraq́; mundificat & consolidat inspersa, vel cum melle inducta.

Styrax vel storax calamita.

Styrax, &c. c. s.
Catarrhis prodest.
Matricem aperit obstructam, & induratam mollefacit.
Menstrua prouocat, potum vel infernè applicatum.
Resoluit & digerit immixta emplastris.
Tussi prodest.
Venenis frigidis resistit.
Ventrem leniter laxat, cum terebinthina sumpta parua quantitate in forma pilularum.

Vernix.

Iuniperi est gummi, c. s. 1.
Catarrhos sistit etiam eius suffumigiũ ne defluant ad inferiora.
Fistulas exiccat inspersa.
Hæmoptoicam curat.
Hæmorrhoidas item, superposita.
Humores viscosos digerit congregatos in ventriculo & intestinis.
Menses mulierum sistit.

Sangui-

Sanguinẽ ſiſtit in naribus, mixtum cum albumine oui, temporibus ſuperpoſita, & fronti.

Vomitum & dyſenteriam ſiſtit, cum farina vel thure & albumine oui, ſuperligata ventri.

DE CORTICIBVS, FRVCTIBVS ET LIGNIS *aromaticis.*

ACORVS SIVE CALAMVS AROMATICVS.

Genitaliũ tumorib. valet eius decoctio.

Menſes prouocat per fomentationem vel fumigium.

Oculorum maculas delet collyrijs immixtus.

Paralyticis prodeſt & contractis mẽbris.

Radix eius valet contra affectiones thoracis, coſtarum dolores, contorſiones ventris, id eſt, obſtructiones hepatis & ſplenis. Cum hydromelite pota valet contra internas rupturas, conuulſiones, & extractiones neruorum.

Venenum ad ſe trahit à corde retrahens.

Vrinam prouocat eius decoctio, valetq́ꝫ contra vrinæ difficultatem.

CASSIA VEL CINNAMOMVM.

Cinnamomum siue Cassia, c. 3.
Faciei lentigines omnes delet inunctum cum melle.
Fœtum educit mortuum potum, vel fumigio cum myrrha.
Humores superfluos digerit & incidit.
Hydropicis confert.
Inflammationibus omnib. externis, renumq́ꝫ dolorib. ex oppilatione ꝓdest.
Matricis obstructionibus, si suffumigiū eius recipiatur infernè.
Menses prouocat.
Oculorum aciei prodest, medicamentis immixtum.
Oculorum tenebrositati, humores subtiliando.
Renum doloribus.
Serpentū morsib. valet cū melle potum.
Stomachum & hepar corroborat cōfortando, aliasq́ꝫ nobiliores partes.
Tussim difficilē curat, & defluxiōes oēs.
Venenis omnibus resistit.
Vrinam prouocat.

In ſumma, omnibus valet.

CARDAMOMVM.

Ignotũ eſt, eius locum tenẽt grana Paradiſi, Behen, glans vnguentaria. Oleũ huius nucis purgare dicitur infernè ſuperneq́; phlegma, & vtiliter cliſterijs immixtum ad colicam.

Aurium dolores, ſurditatẽ & tinnitum curat oleum eius inſtillatum.

Contractiones.

Conuulſiones.

Cicatrices vulnerum delet cum nitro mixtum.

Corriguntur eius vitia, torrẽdo ad ignẽ cum ſeminibus aniſi & fœniculi.

Hepatis & ſplenis oppilationibus & duritiei prodeſt, applicatũ in emplaſtri forma cũ farina lupinorũ & ſpicanardi.

Lentigines & maculas in facie delet vrinæ mixtum, non ſecus ac oleum eius.

Neruorũ affectiones ortas ex frigiditate.

Paralyſin.

Podagris ſuperimponitur cũ farina lolij & hydromelite nux ipſa.

Scabiem curat & pruritum in aceto cocta.

Splenem diminuit, ſumptum pondere drach. j.
Strumas & ſcyrrhos duritiesq́; curat, cũ polenta & melle mixtũ in cataplaſma.

CARYOPHYLLI.

Ciborũ concoctionem iuuant ventrisq́; fluxum ſiſtunt.
Oculorum aciei cõferunt, & inflammationibus ipſorum, collyrijs admixti.
Stomacho in primis proſunt, cordi & hepati.
Venerem exiccant pondere dr. iiij. ſumpti cum lacte.

CVRCVMA.

Non eſt alterius vſus in medicina, quàm nudandis à pilis carnibus.

DORONICVM.

Quia periculoſum eſt, ab ea potiùs abſtinendum eſt.

GALANGA.

Appetitum excitat.
Cerebrum confortat.
Colicæ prodeſt.
Digeſtionem adiuuat.

Memo-

Memoriam iuuat naribus applicata.
Renes infrigidatos calefacit.
Semen genitale adauget.
Stomachis prodest humidis, frigidis & pituitosis.
Tremori vel palpitationi cordis valet cum succo plantaginis pota.
Venerem incitat in ore tenta solùm vel sumpta.
Vẽtositates pellit eius puluis, in vino potus, vel aliter.

LIGNVM ALOES.

Lignum aloës, c. s 2.
Cordi subuenit in omnib. affectionib⁹.
Miscetur omnibus medicamentis cordialibus, &c.
Obstructiones aperit.
Radix eius pota quãtitate dr. j. valet contra nimiam humiditatem & debilitatem stomachi caloremq́;. Cum aqua pota, contra dolores laterum hepatis, dysenteriam & ventris conuulsiones.
Sudorem impedit intrinsecus sumptũ.
Ventrem stringit.
Vrinæ difficultati prodest.

MYROBALANI.

Suntquin, tuplices,
- 1. Citrini, f. 1. ſ. 2.
- 2. Kebuli, f ſ. 1.
- 3. Indi, f. ſ. 1.
- 4. Emblici, f. ſ.
- 5. Bellirici, f. ſ.

Omnes myrobalani ſenectutem tardât ſæpè vtentibus.

Citrini.

Choleram extinguunt.
Cor & hepar confortant.
Hæmorrhoidas curant.
Oculis proſunt immiſti collyrijs cũ ſucco immaturarum vuarum, vel aqua roſacea, vel ſucco fœniculi ad inflammationes & defluxiones ipſorum.
Stomachum confortant.
Vlcerib. valet puluis ipſorum cum maſtice mixtus.

Kebuli.

Febricitantibus & hydropicis vtiliter adhibentur.
Intellectum adiuuant.
Phlegma purgant.
Stomachum etiam purgando confortant.

Viſum clarificant, maximè confecti ſaccharo.

Indi ſeu nigri.

Colorem bonum conciliant.
Febres quartanas curant.
Leproſis conducunt.
Melancholiam purgant.
Tremoribus proſunt.
Triſtitiam pellunt.

Emblici & Bellirici.

Appetitum excitant.
Cor & cerebrum corroborant.
Intellectum adaugent.
Phlegma purgant.
Sitim ſedant.
Stomachum repurgant à phlegmoſis alijsq́ ſuperfluis humoribus.
Vomitum reprimunt.

SANTALVM.

Eſt triplex, citrinum, album, & rubeum, f.3.ſ.2.
Capitis dolores mitigat, mixtum cum aqua roſarum, & tēporibus applicatū.
Cor confortat & exhilarat, valetq́ palpitationibus eius ac tremoribus, immixtum cum alijs medicamentis.

Febrib⁹ etiam calidis,& in epidemijs ardores earum reprimunt.
Guttæ calidæ & inflãmationi ſantalum prçcipuè rubeum prodeſt mixtum cũ ſucco ſolani,ſedi vel portulacæ.
Oculorum defluxiones ſiſtit album ſantalum cum æquali pondere ſarcocollæ, ſimul in albumine oui contemperatum,& fronti ac temporibus ſuperligatum.
Stomacho debili prodeſt ex calore.
Stomacho calido conducunt maximè ſantala.

ZEDOARIA.

Aëri infecto reſiſtit & peſti, à qua præſeruat in ore tenta,vel ſumpta. Ab ea etiã poſt correptionem liberat, poſtquam in aceto macerata fuit, eſt tum diaphoreticum medicamentum, indicans eum, qui per id ſudare valuerit, liberatum iri.
Colicos dolores tollit.
Febricitantibus ante acceſſum paroxyſmi feliciter inungitur ad ſpinam dorſi,permixta quidem oleo,& reſolutionibus neruorum.

Halitum emendat.
Impinguat vẽtrem occulta proprietate.
Maculas in facie delet ex ſole ortas, mixta cum aqua & melle.
Stomachum liberat à craſsis ventoſitatibus digerendo.
Tumores reſoluit & maximè matricis.
Venenis ſtrenuè reſiſtit.
Venerem excitat.
Ventoſitates pellit.
Ventrem ſoluit.
Vermes enecat.
Vomitum impedit.

ZINGIBER.

Antidotis contra venena vtiliter permiſcetur.
Appetitum excitat.
Concoctionem ciborum iuuat.
Corruptiones corrigit omnes ortas in ſtomacho.
Cruditates & phlegmata viſcoſa maturat.
Genitale ſemen adauget ac venerem excitat.
Hepatis prodeſt obſtructionibus.
Laxatiua medicamenta vehementiora

corrigit, eorumq́; frænat malitiam.
Memoriam adiuuat.
Oculorũ collyrijs vtiliter permiſcetur.
Stomachi & inteſtinorum craſſos humores incidit, & ſeparat quoquo modo ſumptus.
Stomachum frigidum calefacit & confortat.
Thoracem & pectus mundificat.
Tuſsim curat.
Ventrem ſoluit.

FINIS SIMPLICIVM medicamentorum.

FABRICA RECEPTORVM EX COMPOSITIS MEDICAMENTIS.

A

ABSCESSVS rumpit emplastrum Apostolicum. Eisdem frigidis & diuturnis valet idem emplastrũ. Istorum inueteratorum duritiei valet oxycroceum compositum.

ABORTVI prohibendo valet vnguentum Comitissæ.

Abstergit humores syrup⁹ acetosus simplex. Item syrupus de hyssopo, syrupus de glycyrrhiza, syrupus de calamintha, syrupus de eupatorio.

A centro ad superficiem propellit manifestè, sic vt cutem rubificet, non aliter quàm in balneis fit longiore mora, oxymel helleboratum.

ACRIMONIAM temperat oleũ chamæmelinum. Hanc, & impetum omnem sistunt trocisci ramich.

ACVTIS & peracutis morbis, vti iecinorosis, lienosis, arthriticis, tertianis,

quartanis, quotidianis, capitis doloribus, &c confert diacatholicum. Valet etiam ſyrupus violatus ſimplex.

AEgylopas curat oleum iuglandium.

Aëris vitio reſiſtit ſyrupus roſatus ſolutiuus.

AFFECTIBVS plurimis cõuenit oleum è vitellis ouorum.

Algoribus omnibus prodeſt oleum laurinum.

Aliméti diſtributionem naturalem per totum corpus, promouet diacinnamomum.

Alopeciam curat oleum laurinum. Hãc & capillorum defluuia ſanat oleum ex euphorbio.

Alphos nigros curatu difficiles curant pilulæ Indæ.

ALVVM leniter emollit, & purgat à bilis acrimonia ſyrupus violatus ſimplex. Irritat epotum, & iniectum oleum ſambucinum. Obſtrictã emollit hiera ſimplex, doſi dr. ij. Modicè ſubducit ſyrupus roſatus ſolutiuus. Ciet hydropicis oleum ricinum. Soluit omnibus oleum roſaceum. Item ſoluit, ſed aduerſatur ſtomacho, oleum balaninum.

ninum. Duram emolliunt trocisci diaion. Eius profluuio prodest syrupus de papauere compositus. Eundem fluorē cohibet triphera minor. Eundem ex imbecillitate cōpescit syrupus de mentha. Deijciunt citra molestiam pilulæ aureæ Nicolai. Dissoluit zingiber coctum,& laxatiuum factum. Eius & intestinorum læuitati, ac acrium humorum profluuio per sedes, succurrunt trocisci ramich. Eius excrementa inuoluntariè emittentibus, confert hiera Logadij. Mouet illitum ventriculo vnguentū Agrippæ. Eius biliosas excretiones sistit rob de ribes nostrate.

AMBVSTA felicissimè inter initia curat vnguentum è calce viua. Fit hoc modo: Calci viuæ superfundatur aqua pura, cui mox detractæ addatur tantundem olei communis,& agitentur simul, donec fiat vnguentum. His confert etiam vnguentū cerussatum. Confert oleum è medio cortice sambuci cum oleo factum, vt moris est in alijs. Est etiam vtilissimum oleum è vitellis ouorum, quod cicatrices opti-

mèdelet. Prodeſt & oleum ricinum. Cicatrices in eis ducit oleũ hyperici.

Analepticis valet diaſatyrion.

Anaſarcam curant pilulæ de meſereo.

Anginæ principia curat diamorum compoſitum Nicolai. Succurrit oleum cyprinum vel liguſtinum.

ANHELITVM commendat, & calefacit, deglutitum oleum nucis moſchatæ.

Ani curat affectus mirificè oleum lini. Cruẽtas eius excretiones cohibet philonium Perſicum. Fiſſuras eius curat oleum è vitellis ouorum. Iſtas & rimas lenit oleum lini.

ANIMI deliquio à corde nato, confert pleres archonticon. Medentur ei ſpecies cordiales temperatæ. Eius defectioni valet diaxyloaloës. Defectionibus eiuſmodi natis à corde prodeſt diarhodum Abbatis. Animum deſpondentes reficit oleum balſami. Deficientes iuuat diamargaritum calidum.

Anodynum eſt oleum lini, item oleum lumbricorum.

Aperit craſsitiem obſtructionum, ſyrupus

rupus acetoſus ſimplex. Item ſyrupus de glycyrrhiza. Similiter ſyrupus de eupatorio. Etiam ſyrupus de calamintha. Valdè, ſyrupus de arthemiſia. Idipſum efficiunt ex rhabarbaro decocta, vt in hydropis initio, cæteríſque morbis diuturnis, frigidis, pituitoſis, ac biliofis, aut mixtis. Item in contumacibus viſcerum obſtructionibus.

APPETITVM excitant pilulæ alephanginæ. Eius deiectioni confert electuarium de gemmis Excitat ſyrupus de abſinthio. Idem efficit aromaticum roſatum. Deiectum ſuſcitat ſyrupus de eupatorio. Idipſum præſtant trociſci de abſinthio. Excitat oleum de mentha. Item ſuſcitat, ac eius faſtidium detrahit ſyrupus de cydonijs. Pilulæ ſtomachicæ. Hiera Logadij, &c.

Apoplecticis benefacit aurea Alexandrina.

Apoſtematum ruptorum ſaniem abſtergit diachylon compoſitum, vel emplaſtrum de mucaginibus.

Apprehensionem iuuat confectio anacardina.

Aquæ serosa colluuies expurgatur puluere senæ.

Argentum viuum intra corpus vnctionib. intrusum educit, statim à balneis illitum, oleum sulphuris.

Ardores vehementes biliosorum affectuum corrigit syrupus de aceto citri. Internos mitigant trocisci diaion.

ARTERIAM asperam emollit oleum sesaminum. Purgat diahyssopu. Iuuat syrupus de iuiubis. Lenit oleum violatum. Arteriacis, spirosis, tussientibus ex frigiditate, auxiliatur diacyminum. Iuuat, & in vocis iactura, diaireos Salomonis.

ARTICVLOS luxatos sanat oleum myrteum. Istorum morbis cōfert oleum de cerasis, pręcipuè oleum vulpinum. Eorum dolores curant pilulæ de opopanace. Frigidos sedat vnguentum marciatum. Ipsis efficaces sunt pilulæ de opopanace. Istorum tumoribus frigidis prodest vnguentum marciatum. His morbis articularijs, & arthritidi conueniunt pilulę de hermodacty-

dactylis. Patientum eiusmodi querelis profundis, & inueteratis ex alto doloribus euocandis, laudatissimum est remedium, oleum de euphorbio. Succurrunt pilulæ de nitro. Eorum frigidos affectus iuuat vnguētum de bdellio. Iuuat vnguentum Aregon. Dolorib⁹ istiusmodi medetur oleum è piperibus. Prodest oleum hyperici. Horum, & musculorum, neruorum, & ceruicis durities mitigat oleū lini. Eis affectibus medetur etiam oleum philosophorum potū, aut inunctum. Istos dolores ex influentia sedat emplastrum Apostolicum. Eiusmodi dolorum initijs valet, oleum chamæmelinum. Prodest hiera Pachij. His & neruorum doloribus prodest, electuarium Episcopi. Prodest oleum ricinum. Hos dolores & durities emendat oleum irinum. Subleuat oleum rutaceum. Valent eis doloribus, pilulæ de sagapeno. Siccitatem ipsorum corrigit, oleum amygdalarum dulcium. Auxiliatur istis doloribus frigidis, oleum petroleum. Sanat eosdem oleum laurinum. Omnes eiusmodi

dolores curat oleũ è vitellis ouorum

ARTHRITICOS dolores ſanat oleum auellanarum. Arthritidi medetur oleum balaninum. Vtile eſt oleum pulegium. Huic dolori, & ſuccedẽti tumori confert oleum de granis citri. Conferunt etiam in fine morbi, pilulæ fœtidæ. Iſtis patientibus & iſchiadicis, prodeſt oxymel helleboratum. Item arthritidi calidę confert electuarium roſatum.

ASCITEN curant pilulæ de meſereo. Sanat cum æquali pondere fimi ſicci vaccini, vel porcini, emplaſtrum è baccis lauri. Huic conferunt trochiſci de lacca.

Aſpera læuigat vnguentum citrinum. Hæc, & ſcabra polit oleum amygdalarum dulcium.

Aſperam arteriam lenit oleum è papauere. Item ſyrupus de glycyrrhiza.

ASTHMATI conuenit ſyrupus de calamintha. Prodeſt oxymel helleboratum. Succurrit loch è pino. Prodeſt ſyrupus de veronica herba. Mirum in modum confert vnguentum pectorale Adolphi Occonis. Aſthmaticis

tuſsien

tuſsientibus, tabidisq́, ſuccurrit diamargaritum calidum. Prodeſt pleres archonticon. Item electuarium de gemmis frigidis. Iſtis & ſuſpirioſis, confert diatragacanthum calidum. Senibus autem confert plurimũ oxymel ſcylliticum. Item aurea Alexandrina. Valent pillulæ de hiera cum agarico. His & tuſsiculoſis, confert ſyrupus de hyſſopo. Aſthma curat oxymel helleboratum. Aſthmaticos tabidos, longo tẽpore tuſsientes, morbo extenuatos, & imbecillitate languẽtes, recreat diamargaritum frigidum. Iuuat hiera Pachij. Item oleum irinum. Hos & anhelatores, oleum terebinthinæ.

Aſtringit vehementer ſyrupus de agreſta. Idem efficit, ac refrigerat, densátque oleum myrteum. Aſtringunt & exiccant trochiſci Bechij rubei.

Attractiuum eſt præ cæteris medicamentis, in frigidis vitijs, oleum ex euphorbio. Vehementer autem, emplaſtrum apoſtolicum.

Attrita curat vnguentum ceruſſatum. Iſta hyeme contracta, ſanat oleũ myrteum.

Attenuat syrupus de hyssopo. Humorum crassitiem, syrupus de duabus radicibus. Item syrupus de arthemisia. Similiter syrupus de calamintha. Syrupus etiam acetosus simplex. Idem efficit, & incidit in omnibus, loch de pinu. Humores crassos, syrupus de bisantinis. Syrupus de eupatorio. Syrupus de glycyrrhiza. Crassitiem humorum, syrup⁹ acetosus compositus.

AVDITVM amissum reparant pilulæ Arabicæ. Frigore obtusum, restaurat oleum amygdalarum amararum.

Auriginosos iuuat syrup⁹ de absinthio.

AVRIVM tinnitui & surditati, confert iniectum oleum balaninum. Doloribus est efficax, oleum ex semine albi hyoscyami. Tinnitui à flatu crasso & ipsarum vermibus medetur oleum philosophorum. Efficax est oleum ricinum. Doloribus conuenit oleum è vitellis ouorum. Istos sedat oleum nucleorum persicorum. Tinnitus ex crassa materia, dissipat oleum amygdalarum dulcium. Sonitus tollit oleum irinum. Tinnitum à flatu immissum, dissipat oleum sampsychinum

num. Dolorem mitigat oleum nardinum. Sanat oleum ſeſaminũ. Sedat oleum è vitellis ouorum.

B.

BILIS craſſæ valet affectibus, oxymel compoſitum. Huius & pituitæ mixtarum, conuenit diacarthamu. Prodeſt electuarium roſatum Valet ſyrupus de limonibus. Item ſyrupus acetoſus ſimplex. Syrupus violatus ſimplex Similiter hiera Logadij. Bilem purgant pilulæ aggregatiuæ. Purgat puluis ſolutiuus. Reprimit ſyrupus de berberis Impetum eius frangit ſyrupus acetoſus ſimplex. Mitigat ſyrupus de lupulo. Hanc & pituitam citra moleſtiam, educit hiera cum agarico. Flauam & pituitam educit abſque moleſtia diaphœnicon. Vtranq; deturbant pilulæ de nitro. Vtranque vſtam purgat ſyrupus de fumo terræ. Vtranq; ſine moleſtia etiam educit electuarium lenitiuum vel diaſenæ. Flauam & pituitam, quæ ventriculo inſident, purgant, ideoq; affectibus capitis inde ortis, medentur pilulæ aſcaieret Auicennæ. Vtranq; purgat ha-

mech. Frangit bilis acrimoniam, syrupus de cichorio simplex. Biliosos tenues, & crassos humores educunt pilulæ de eupatorio.

C.

CACHEXIAE confert à frigida caúsa syrupus de absinthio. Cachecticis, de prauata hepatis actione, prosunt trochisci de rhabarbaro. Prodest diacurcuma. Cachexiã emendat diamoschu dulce. Soluit syrupus de cichorio cũ rhabarbaro. Curat syrupus domesticus. Maximè cum decocto conueniente oxymel helleboratum. Hanc & cacochymiã emendat syrupus de eupatorio. Pellit dialacca.

Cadauerum putrediné vindicat oleum balsami.

CALCVLIS renum opitulatur oleũ nardinum. Hos & vrinas educendo promouet oleum terebinthinę. Curat electuarium ducis Nicolai. Atterit electuarium Iustinum orobi veri. Item diaprassium Nicolai. Hos renũ promouet oxymel diureticum. Dissipat oleum è piperibus. Idé efficit lithontribon Nicolai. Rumpit electuarium diure-

diureticum. E vesica pellit oleum de cerasis. Comminuit syrup⁹ de veronica herba. Renum & vesicę calculos detrudit oleum è granis citri. E vesica pellit oleum philosophorum.

Calidis in affectibus fugiendum est oleum laurinum, nec nisi in frigidis vsurpandum.

Calefacit, moderatè astringit, & emollit oleum cyprinum vel ligusticum. Idem efficit oleum mastichinum.

Calefacit, & humectat in primo gradu casѕia fistula, vel siliqua. Calefacit & siccat, suáque tenuitate in profundum penetrat oleum petroleum, vel philosophorum: naturale meliùs, Naptha nūcupatum. Calefacit, tenuat, digerit, & modicè astringit oleū nardinum. Calefacit temperatè, tenuat, lenit, & digerit oleū cheyrinum. Calefacit syrupus de glycyrrhiza. Calefacit, tenuat, & digerit illitum oleum rutaceum. Calefacit, exiccat, tenuat, tergit, glutinatq; oleum balsami. Calefacit interna syrupus de calamintha. Calefacit, tenuat, tergit, discutit, & foràs educit oleum è piperibus.

Calefacit, mollit, roborat, tenuat, resoluit, tergit, cõcoquit, maturat, & alta penetrat oleum irinum. Calefacit plurimùm, & emollit oleum styracinum. Calefacit, attenuat, incidit, & digerit oleum amygdalarum amararum. Calefacit, resoluit, & digerit oleum lilinum, vel lirinum, aut susinum. Calefacit, vehementer mollit, tenuat, aperit, discutit & exiccat, oleum laurinum. Calefacit & refrigerat aliquando, si opus sit, præsertim ventriculum, oleum absinthij. Calefacit, siccat, & essentiæ tenuis est, oleum hyperici. Calefacit vehementer oleum costinum. Calefacit, tenuat, & digerit oleum enulatum. Calefactionibus est perutile oleum iesminum, vel sambucinum.

Calidæ intemperiei conuenit oleum de papauere.

CALIDIS omnib. affectibus, ac ijs quibus prodest vnguentum cerussatum, valet, ac vehementiùs, vnguentum camphoratum. Est saluberrimus syrupus acetosus simplex.

CALOREM corporis commendat tri-

phera

phera Saracenica. Febrilem mitigat rob de ribes nostrate. Caloris incendium mitigat syrupus de papauere. Calore natis malis omnibus prodest electuarium de succo rosarũ Nicolai.

CANCRO exedenti prodest confectio Hamech. Conuenit syrupus rosatus solutiuus compositus. Cancrum pellit syrupus de epithymo. Curant pilulæ Indæ. Idem efficit oleum iuniperinum. Sanat vnguentum de minio camphoratũ. Cancro conferunt pilulæ de lapide lazuli.

Canitiem mucoso humore acceleratam retardat, eo consumpto, costinum oleum. Ab ista capillos vindicat oleum cyprinum vel ligusticum.

Capillorum defluuio valet, eos retinendo, oleũ myrteum adiecto labdano. Eos affigit oleum costinum.

CAPITIS doloribus, ac destillationib. prodest auribus illitum, oleum laurinum. Instillatum medetur oleum amygdalarum amararum. Vitijs eius confert diahyssopu. Eius affectionibus calidis, in purgando materiam biliosam, prodest electuarium de succo

rosarum Nicolai. Feruoribus conuenit syrupus vterque nymphęæ. Fluxionibus eius ad thoracem descendentibus conuenit diatrionpepereon Mesue. Item diaprassium Nicolai. Eius dolori succurrunt pilulæ Arabicæ. Dolorib. eius sedandis est accommodum, fronti, naribus, ac temporibus illitum, oleum mandragoræ. Eius refrigerationi valet vnguentum marciatum: si calidum sit, non est admouendum oleum laurinum. Vlceribus eius manantibus psoris, est efficax oleum ricinum vel cicinum. Vitijs eius valent pilulæ aggregatiuæ. Confert eisdem syrupus de betonica. Eius intemperiei frigidæ, & in fauces destillationi, prodest diaireos Salomonis. Manantibus & feruidis eius eruptionibus valet oleum rosaceũ. Eius meningi, cerebri vulnerib. cõfert idẽ oleum. Capitis dolores sedat diacorũ. Hoc à pituita purgant, à bile flaua, & atra, pilulæ sine quibus. Expurgant pilulæ aureæ Nicolai. Idem efficiunt pilulæ senæ. Item pilulę cocciæ Rasis. Capitis areas emendat syrupus de epithymo.

thymo. Diuturnum dolorem ſanat hiera Pachij. Eius varios dolores curãt pilulæ aggregatiuæ. Affectus eius iuuat hiera compoſita Nicolai. Bilem eius & pituitam purgant pilulę aggregatiuæ. Defluxiones eius frigore conceptas, curat aurea Alexandrina. Item diapraſsium Nicolai. Eius dolores mitigat oleum chamæmelinũ. Confeſtim idipſum efficit aurea Alexandrina. Furfures eius delet oleum lauri. Vlcera eius manãtia, furfures quoque detergit ex vino oleum amygdalarum amararum. Omnem in eo noxam à frigido & humido conceptam, epota vel impoſita capiti, curat aurea Alexandrina. Eius vlcera manantia, furfures, varos, & feruidas eruptiones ſanat oleum lilinum.

Carbunculos curat oleũ iuglandiũ. His etiam valet emplaſtrũ Apoſtolicum.

Carcinomatis valet idem emplaſtrum.

CARDIACIS ſubuenit roſata nóuella. Succurrit pleres archõticon. Auxiliatur aurea Alexãdrina. Subuenit rob de ribes noſtrate. Eiſdẽ & animo deficiẽtibus, cõfert diamargaritũ calidũ.

Prodeſt diarhodon abbatis. Itẽ dianthon. Similiter diatrianſantalon.

Carni valet abſumendę vnguentum Aegyptiacum. Putridam depaſcit vnguentum fuſcum vel nigrum. Abſumit vnguentum Aegyptiacum.

CATARRHO intercipiendo ſunt vtiles trochiſci Bechij rubei. Hunc ſedat ſyrupus de papauere compoſitus.

Catholicum remedium capiti, vẽtriculo, thoraci, iecinori, renibus, lieni, vtero, articulis, &c. adhibetur incidendi & aperiendi cauſa, ſumptum ante purgationes pondere dr. ij. vel iij. per ſe diebus tribus lambendo cum ſapa, propter amaritudinem, vel cum decocto aliquo, oxymel helleboratum.

Catholico morbo exhibetur feliciter oleum ſulphuris.

COELIACIS proſunt trochiſci de carabe. Conferunt trochiſci diarhodon. Prodeſt athanaſia magna. Auxiliatur oleum nardinum. Subueniunt trochiſci de corallo. Cõfert rob de cornis. Succurrit diarhodon abbatis. Medetur oleum myrteum. Cœliacos cruciatus iuuat, oleum maſticinũ.

CE-

CEPHALALGIAM mitigat oleum rutaceum. Ex incendio febrium ortam mitigat, oleum è nymphea. Cephalalgiæ adhibetur naribus illitum, aut immissum, oleum ex euphorbio. Calidæ confert ſyrupus de lupulo. Benefacit diacarthamu. Valet electuariũ roſatum. Eam calidã, curat vnguentum roſatum.

CEREBRI motus facit oleũ hyoſcyami potum. Vacuant excrementa pilulæ opticæ. Affectibus valet oxymel ſcylliticum. Debilitatem aufert pleres archonticon. Partes contuſas in membranis mirum in modum à ſanis ſeparat oleum è vitellis ouorum. Frigidos affectus ſanat oleum laurinum. Cõfert eiſdem oleum ſampſuchinum. Frigidos affectus curat triphera. Confert cõfectio anacardina. Senſationes interceptas liberat pleres archonticon. *Frigidis* affectibus valet electuarium de gemmis calidum. Frigidos affectus curat theriaca diateſſaron Meſue. Sanat eoſdem oleum nardinum. Frigidis vitijs confert ſyrupus de ſtœchade compoſitus. Frigi-

dis & humidis confert mel anacardinum. Frigidis affectibus prodeſt oleum de caſtoreo. Eiſdem diamoſchu dulce. Huius & neruorum frigidas noxas pellit oleum è piperibus. Cerebrum expurgant pilulę maſtichinæ. Idem efficiunt pilulæ de myrobalanis. Hoc & caput à pertinacibus liberant affectibus pilulæ de nitro. Corroborat ſyrupus de corticibus citri. Hoc & ſenſoria membra omnia purgant à craſsis humoribus pilulæ elephanginæ. Roborant trochiſci è Gallia moſchata. Aſtrictione ſua roborat oleum myrteum. Calefacit oleum philoſophorum. Hoc, ventriculum & vterum, purgant pilulæ de aloë lota. Roborat oleum maſtichinum.

CIBI auiditatem & appetentiam excitat oleum abſinthij. Cibum faſtidientibus mirificè ſubueniunt trochiſci de corallo. Retinere non valentibus confert emplaſtrum è cruſta panis.

CHIRAGRAE confert oleum hyperici.

COCTIONIS tarditatem emendat theriaca diateſſaron. Coctioni valet dia-

diaxyloaloës. Coctionem iuuat diacinnamomum. In ſtomacho iuuat diahyſſopu. Difficilem iuuat diacalaminthes. Idem efficit aromaticum roſatum. Idipſum facit lętificans Raſis. Iuuat ſuo temperato calore mel roſatũ. Procurat oleum nardinum. Iuuat diagalanga. Firmat ſyrupus de eupatorio. Adiuuat diambar. Prouocat oleum menthæ. Calefaciendo iuuat diacinnamomum. In ſtomacho iuuat electuarium de gemmis calidum. In hepate iuuat idem elect. Malam, ob recens frigus emẽdat diatrionpepereon. Adiuuant pilulę ſtomachicæ. Idem efficit diacorum. Similiter faciunt pilulæ elephanginæ.

Coctricem facultatem iuuat ſyrupus de cydonĳs ſimplex. Coctrices vires labefactas reficit ſprupus de eupatorio.

Choleræ reſiſtit ſyrupus de agreſta. Cholerico morbo ſuccurrunt trochiſci ramich.

Coli dolores mitigat oleum lilinum. Flatibus eius valet oleum irinum. Frigidos affectus ſanat oleum laterinum. Colo confert oleum carthami.

Colicis cruciatibus eſt vtile oleum de terebinthina. Colicis initijs eſt ſalubre oleum chamæmelinum. Colicis doloribus inunctum aut ſuperpoſitũ, eſt vtile oleum lilinum. Colicis prodeſt ſyrupꝰ de chamæmelo. Proſunt pilulæ aureæ Nicolai. Prodeſt ex inflatis humoribus diacyminum. Prodeſt oleum muſcelinum. Colicis affectibus præcipuè confert philonium Romanum: Adultis datur auellanæ quãtitate, minoribus fabæ, pueris verò ciceris in potu conueniente. Colo vtiliter adhibetur oleum de ciceribꝰ. Colicam curat electuarium de baccis lauri. Huius dolorem ſedat, per clyſterẽ iniectum oleum rutæ. Colicos & nephriticos cruciatus mitigat, cum pari pondere olei amygdalarũ amararum, oleum amygdalarum dulcium. Eiuſmodi affectus curat micleta Nicolai. Cruciatus iſtos diſcutit electuarium Epiſcopi. Sanat vnguentũ Aregon. Mitigat philonium Romanum.

Coloris corporis gratiam commendat, illitum oleum maſticinum. Colorem eius fœdum emendat diacurcuma.

cuma. Bonũ reddit triphera minor. Commendat lætificans Galeni. Natiuum recreat ſopitum, diamoſchu dulce. Viuidum efficit confectio anacardina. Toti corpori bonũ commẽdat triphera magna. Idipſum efficit, lætificans Raſis. Bonum conciliat, oleum de croco.

COLVMELLAE & tonſillarum inflammationem curat, diamorum compoſitum Nicolai. Eam fluxione tentatam, aut vuulam curat diaireos Salomonis. Exiccat diahyſſopu.

COMITIALI morbo conueniunt pilulæ de nitro. Eo laborantibus, confert hiera Logadij. Item oleum balſami. Prodeſt aurea Alexandrina. Comitialem curat morbum, triphera diateſſaron Meſue. Correptos eo ſanat, hiera Pachij. Iuuat vnguentũ aregon.

Conceptum procurat, oleum nucis Indicæ.

Condylomata ſanat, oleum myrteum. Iſtis valet emplaſtrum Apoſtolicum.

CORDIS affectionibus omnibus, ab atra bile, ſuccurrit ſyrupus de pomis ſimplex. Eſt efficaciſsimum electua-

VLMONI exulcerato dátur cyphi Damocratis. i. trochisci. Prodest plêres archonticon. Crassos humores extenuat loch sanum & expertũ. A calido noxam alleuat diatragacanthũ frigid. Purgat oleum philosophorũ. Huius & pectoris vitijs valēt iuiubæ, fructus arboris peregr. temper. calid. & hum. Huic phlegmoni confert oleum myrteum. Vitia emendat diarhodũ abbatis. Huius hęmorrhagię valet syrup⁹ myrtinus. Lenit oleum nucis Indicę. Concoctionem iuuat oleum irinum. Expurgat oleum carthami. Subuenit rosata nouella. Affectibus valet oxymel scilliticum. Asperitatem lenit oleum violatum. Affectibus valet diamoschu dulce. Roborat syru. de gylcyrrhiza. Valet vlcerib. lohoth è pulmone vulpis. Excreméta pręparat ad eiectioné per sputũ emplast. Zacharię.
ulsui cordis prosunt trochisci de xyloaloës.
urigines curat vnguent. cerussatum. uritũ curant pil. de fumoterræ. Iuuát pil. aggregatiuæ minores. Et desquamata iuuat vlcera vng. è lethargyrio.

Puncturis valet emplastrum nigrum.

Purgationes ferre nequiẽtibus, adhibe-
tur vnguẽtũ cyclaminis maius, quo
stomacho illitum vomitionibus ex-
purgat: hypogastrio autem vel vmbi-
lico inunctum aluum deĳcit.

Purgat, exiccat, deterget, exesa putrila-
gine carnes restaurat, duras emollit, &
plagas sanat vnguẽtum Apostolorum
duodecim rerum. Purgat & lenit ve-
trem syrupus de epithymo. Idem ef-
ficit syrupus de fumaria, sed calidior
& potentior. Vniuersum corpus ele-
ctuarium de manna. Pituitã salsam
syrupus de fumoterræ. Purgat syru-
pus de glycyrrhiza. Extenuat empla-
strum Apostolicum. Purgat syrupus
de duab. radicibus. Leniter electuari-
um de scoria ferri. Humores crassos
syrupus acetosus compositus. Bilem
pituitam & serosos humores syrupus
domesticus. Viscidos humores mel
rosatum.

Puri mouendo est solemne emplastrum
tetrapharmacum, vel basilicum mi-
nus. Suppuratum egregiè dissoluit
syrupus de prasio.

Pustu-

PVSTVLAS vel exanthemata nonnullis excitat, quæ alioquin internè colligerentur in perniciem, oxymel helleboratum. Quapropter ad peſtem valere non dubitãdum. Earum corruptiones arcet vnguentum ceruſſatum.

PVTREDINEM præcauet ſyrupus de limonibus. Arcet ſyru. de agreſta. Reſiſtit ſyrupus acetoſus ſimplex.

Putrilaginem purgant pilulæ ſenæ.

R.

RHAGADES ſanat oleum myrteum. Eis vtile eſt oleum è vitellis ouorum.

Rabidorum animalium morſibus medetur emplaſtrum apoſtolicum.

Raucedini valet loch ſanum & expertũ.

REFRIGERAT valde ſyrupus vterque nymphææ. Refrigerat & modicè aſtringit ſyrupus de berberis. Et ſiccat potentiſsimè vnguentum de minio camphoratum. Et humectat in febribus æſtuantibus bilioſis ſyrupus acetoſi citri. Refrigerat violato magis oleum nymphææ. Et humectat ſyrupus granatorum acidorum. Re-

frigerat ſyrupus de cichorio ſimplex. Vehementer, ſyrupus de portulaca. Refrigeratioñe corporis vniuerſi corrigit electuarium de gemmis calidum. Refrigerat & aſtringit rob de ribe noſtrate. Roſato potentiùs ſyrupus violatus ſimplex. Syrupus acetoſus ſimplex. Syrupus de agreſta. Maximè internum incendium ſyrupus de limonibus. Refrigerationi vniuerſi corporis confert diamargaritum calidum.

Refrigerantia & ſiccantia ab acrimonia tamarindi palmarum genus.

Regio morbo ſuccurrit potentiſsimè ſyrupus biſantinus. Succurrunt trochiſci de eupatorio. Confert oleum carthami.

Renitentia digerit & complanat oleum amygdalarum dulcium.

RENVM æſtus emendat ſyrupus è cichorio. Affectibus vtiliter adhibetur oleum è piperibus. Iniectum & epotum valere aſſerũt oleum nucleorum Perſicorũ. Syrupus de veronica herba. Ardoribus prodeſt vnguentum roſatum. Calculis valet ſyrupus de hyſſo

hyſſopo. Calculum diſsipat,lumbis, pubi,& perineo in balnei egreſſu illitũ oleum ſcorpionum. Calorem immoderatum ſedat oleum violatũ. Confert oleum cheyrinum. Dolores ab intemperie frigida ſedat philonium Romanum. Doloribus ex frigida cauſa valet vnguentum aregon. Dolores iuuat oleum rutaceum. Doloribus auxiliatur oleum petroleum. Dolores vehementer lenit oleum de piſtacijs & pineis. Dolores mitigat oleum lilinum. Dolori confert à cauſa frigida conuenienti. Valet electuarium Iuſtinum Orobi veri. Ex intemperie calida medetur oleũ è papauere. Durities & calculos diſsipat dialacca. Ex, ulceratis dantur cyphi Damocratis.i. trochiſci. Frigus diſsipat vnguẽtum ceroneum. Frigidos affectus ſanat oleum laurinum. Frigore dolentibus confert oleum ſtyracinum. Grauitatem & obſtructionem compeſcit lithontribon Nicolai. Imbecillitati valet diaſatyrion. Impotentiæ & debilitati ſuccurrit diathamaron. Infarctus penetrat ſyrupus acetoſus com-

positus. Penetrat ſyrupus de duabus rebus. Laxatos ſtringit vnguentum comitiſſæ vnctum. Morbis frigore contractis medetur oleum laurinum. Eſt valde commodum oleum terebinthinæ. Purgant humores pilulæ de benedicta. Roborat triphera minor. Vlceri commodum eſt oleum è nymphęa. Et veſicę, deturbatione proficit hiera compoſita Nicolai. Renum & veſicæ vitijs proſunt iuiubæ, & ſanguinem incraſſant. Vitioſos humores purgat benedicta Nicolai. Et viſcerũ inflationem emendat Indum maius. Vitijs ſtrangurioſis in fiſtulam vrinariam immiſſum medetur oleũ amygdalarum amararum. Renum & vreterum vlcera detergẽt trochiſci de halicacabo.

Rheumatiſmos ſiſtit oleum roſaceũ. Acribus & tenuibus, pulmonesq́; aſperam arteriam & tuſsim excitantib. & peruigiliũ, valet diacodion Montani.

Repellit, coquit, mollit, carnesq́; procreat, emplaſtrum ceroneum.

Requiem ægris adfert requies Nicolai.

Reſoluit, moderat oleũ chamæmelinũ.

Reſo-

RESOLVTIONEM curat theriaca diatessaron Mesue. Auxiliatur oleum petroleum. Diatrionpepereon Mesue.

RETENTRICEM facultatem cõfirmat syrupus de absinthio. Partium facultatem firmat oleum cydoniorum.

ROBVR inducit corpori hiera Logadij. Pristinum reddit diamargaritum frigidum. Pristinum reducit diamargaritum calidum.

Roborant magis, & minus purgant, pilulæ de aloë rosata, quàm de lota.

Ructui acido cõuenit diatrionpepereon Mesue. Ructus acidos discutit diatrionpepereon. Compescit diagalanga.

Rupturis ex doloribus partus valet oleum philosophorum.

S.

SANIEI siccandæ valet vnguẽtum Aegyptiacum.

SAGITTAS, calamos, surculos & spicula profundo corporis infixa, potenter extrahit emplastrum apostolicum.

SANGVINIS sputũ cohibet philonium Persicum. Item lohoth è portulaca.

Corruptionem emendat triphera mi-
nor. Quaqua emanantē, sputa cruēta,
hęmorrhagiam variam sedant, succ-
plantaginis & ouorū candido mixti,
frōti & temporib. illinātur, trochisc-
de terra sigillata. Purgat purúmqu-
reddit triphera Persica. Vndecunqu-
emanantem sistunt trochisci de cha-
rabe. Abundantem pellit, per quo-
uis meatus corporis, vt nares vel ha-
morrhoidas, vel vterum, vt natura e-
uacuāte possimus à venę sectione ab-
tinere, in debiliorib. præsertim, pue-
peris, vel in pleuritide, sectionem v-
nę requirendo. Lambatur cum baci-
lo glycyrrhizæ, admisto loch sano, v-
syrupo glycyrrhizæ, aut hyssopin-
& zulapium bibant ex aqua succhar-
ta, cum syrupo glycyrrhizę. Frigidi-
rib. & hyeme datur cum aqua arden-
te, & ficu modicè tosta incisaq́; id t-
tum accendi debet, ac mox exting-
& sumi, vel cum vino aromatico, v-
cum aqua de radicibus gentianæ d-
stillata, oxymel helleboratum. San-
guinolenta excreantibus subueniu-
trochisci de corallo. Sanguinis qu-
busu-

busuis eductionib. valet lohoth è portulaca. Sanguinem & spiritus purificant pilulæ imperiales. Sanguinis ad feruorē biliosum in virgunculis maturis, mensium purgatione defectis, repurgationi valet electuariū rosatū Mesue. Eductioni confert philoniū Romanum. Reddit puriorem confectio anacardina. Excreantibus auxiliantur trochisci de charabe. Sanguinis & bilis feruori conferunt trochisci de camphora. Sanguinem cōncretum dissoluit oleum philosophorum. Eductioni auxilio est aurea Alexandrina. Purgat & eius ebullitionem sedat suo calore tēperato syrupus de lupulo. Concretum vbiuis dissipat etiam instante suffocationis periculo oxymel helleboratum. Purificant pilulæ de myrobalanis. Purgat electuarium de manna. Sanguinis & bilis feruore natis affectibus, valet omnib. oxysaccharum compositum.

Sanitatem præsentem tuetur triphera Saracenica.

Sarcoticum est vnguētum de lethargyro. Sarcoticum vel epulonicum est

vnguentum fuſcum vel nigrum.

SCABIEM fœdam & nigram curat ſyr de epithymo. Ex venere curat vnguentum aregon. Delet ſyrupus de fumoterræ. Prodeſt vnguentum è lithargyrio. Curat oleum laurinum. Curat oleum ſtyracinum. Exterit oleum iuglandium. Cutis fœtidã purgant pilulæ ſenæ. Curant pilulæ de fumoterræ. Curat cõfectio Hamech. Sanat oleum ſulphuris illitum.

SCAPVLARVM doloribus à frigore valet emplaſtrum ceroneum.

Scirrhum ſoluit dialacca. Emplaſtrum diachylon ſimplex.

SCORPIONIS morſum curat oleum philoſophorum. Morſibus medetur oleum ſampſychinum.

Secundinam tardantem præſenti remedio expellũt ex decocto granorũ iuniperi, ſumpti trochiſci è myrrha. Extrahit oleum ſampſychinum.

SEDIS abſceſſus & hęmorrhoidum dolores ſedat oleum lini. Conuenit oleum è vitellis ouorum. Vel ani vitijs valet emplaſtrum apoſtolicum.

Semen auget diaſatyrion. Seminis naturalis

turalis profluuio valent trochiſci de agno caſto.

enibus maximè familiare eſt medicamentum loch è pino. Familiares affectus leuat ſyrupus de calamintha. His & mulieribus ſalubre medicamentum diambra. Senibus & quartanarijs confert diacalaminthes.

ENSVS omnes exacuunt pilulæ aureę. Iuuat cõfectio anacardina. Acuit diacorum. Reſtituit pleres archonticon. Labantes refricat mel anacardinum.

erpiginem delet ſyrup⁹ de fumoterræ. Acrem curat vnguẽtum ceruſſatum. Curat oleum iuniperinum. Deterget oleum è vitellis ouorum.

iccat ſyrupus de agreſta. Sine morſu, vnguẽtum è lithargyro. Syrupus de glycyrrhiza.

ingultum ſedat ſyru. de mentha. Vehementer cohibet philonium Romanum.

ITIM ſedat rob. Inexhauſtam ſedat ſyrupus violatus ſimplex. Extinguit ſyrupus vterque nymphæę. Inexplebilem ſedat ſyrup. roſatus ſolutiuus. Continuã ſedant trochiſci de ſpodio.

Sedat syrupus de berberis. Restri-
git triphera Persica. Sitis ardorē ex-
tinguit syrupus de endiuia. Sedan
trochisci de berberis. Intolerantia
sedat syrupus acetosus citri. Conu-
niũt trochisci de santalis. Humecta
do sedat syrupus granatorum dulci
Extinguit ortam à calore pulmonu
diamargaritum frigidum. Calida
& siccam ex ventriculo aut aliunde
tam, extinguit rob de ribes nostrat
Aufert oxymel helleboratum. Sed
syrupus de pomis simplex. Inexhau
stam sedat syrupus de portulaca. Ex-
tinguit diasebesten. Extinguit syru-
pus de papauere. Expletā extinguun
trochisci de camphora. Ardorē co
rigit ex intemperie calida & sicca r
sata nouella. Vehementem extingu
syrupus de agresta. Sitim & calore
mitigantia in febribus, pruna Dam
scena vel Vngarica.

SOMNVM cōciliat, fronti, temporibu
manuum aut pedum pulsib⁹, illitu
vnguentum populeum. Somnifer
magis rosato syr. est violatus simple
Somni cōciliatione vires recreat, ab
git

gitq; dolores omnes philonium Romanum. Conciliat requies Nicolai. Item fronti, auribus, narib. & temporibus illitum oleum è papauere. Item naribus, fronti, & temporibus illitum oleum è mādragora. Syrupus de papauere. Oleum rosaceum. Fronti & temporibus illitum oleum ranarum. Conciliat & refrigerat syrupus de papauere cōpositus. Oleum rutaceum.

SPASMVM cynicum iuuat naribus immissum aut ore detētum oleum sampsychinum. Cynico cōfert syrupus de stœchade.

Spasmo medetur oleum balaninum. Vtiliter adhibetur oleum è piperibus. Iam confirmato valet vnguentum de bdellio. Cynico medetur oleum philosophorum. Cynicum curant pilulæ de opopanace. Curat theriaca diatessaron Mesue.

SPINAE & lumborum dolores aufert hiera Pachij. Dolorib. valet vnguentum aregon. Conferunt pil. fœtidæ.

Spleneticos iuuant pil. de myrobalanis.

Spirandi difficultatem arcet diamoschu dulce. Loch è pino. Facilitat hydropicis

picis aliisq; oxymel helleboratum.

Spiritus calore resolui prohibet syrupu de aceto citri.

Spirituales partes iuuat syrupus viola tus simplex. Roborat syrupus de gly cyrrhiza. Affectus iuuat syrupus d iuiubis.

SPLENIS duritiem emendat emplastr apostolicum. Adhibetur vnguentun de althea. Confert syrupus de cicho rio cum rhabarbaro. Tumores reso uit oleum philosophorum. Duritien dissipat syrupus bisantinus. Obstru ctionibus valet syrupus acetosus dia rhodon. Tumores duros emenda oleum irinum.

Sputum tenue maturat syrupus de iu iubis.

Sternutamentũ leniter ciet oleum sam psychinum.

STOMACHI vitiosis succis inhęrentib eius tuniculis, optimũ est remedium hiera simplex. Dolorib. frigidis pro dest vnguentum marciatum. Iuuã trochisci de eupatorio. Dolorib. va let frigidis vnguentum aregon. In flammationẽ sedant trochisci de spo dio.

dio. Roborat ſyr. de mentha. Pituitoſos, putridos & craſſos flat⁹ diſcutit, & inflãmationem eius, Indum maius. Doloribus confert diaphœnicon. Vitia emendat diahyſſopũ. Inflationes diſcutit vnguentũ de althea. Conferunt trochiſci diarhodon. Cruciatus iuuat oleum maſtichinum. Stomachum in vomitiones effuſum in ſe cogit oleum cydoniorum. Mirum in modum confert aromaticũ roſatum. Intemperiem frigidam & humidam curat diacurcuma. Flatus craſſos diſſipat diacurcuma. Dolorem ex frigida cauſa curant leniter purgando pilulæ maſtichinæ. Cruditati & imbecillitati ſuccurrit diamargaritum calidum. Cruditati cõferunt pilulæ de hiera compoſita. Roborat ſyrupus de limonibus. Corrũptelæ medetur diacurcuma. Valent pilulæ de hiera cum agarico. Stomachicum eſt medicamentũ diacaryon vel rob nucum Galeni & Meſue. Confert hiera Pachij, & quibus in eo cibus acceſcit. Firmat rob de ribes noſtrate. Roborant pilulæ elephanginæ. Iuuant pil,

de myrobalanis. Mollitiem & putredinem prohibet aromaticum roſatũ. Perfrictiones iuuat diatrionpepereõ. Subuerſiones cõpeſcit roſata nouella. Auxiliatur oleum nardinũ. Coctionem iuuat diamargaritum calidum. Succurrunt pilulæ de nitro. Stomachicis, lienoſis, & iecinoroſis, ſuccurrit diamoſchu dulce.

STRANGVRIAE valet electuariũ diureticum. Sedat vnguentum Agrippę. Confert oleum muſcelinum. Succurrit lithontribon Nicolai.

Stringit, refrigerat oleum cydoniorũ.

STRVMAS emollit oleum balaninum. Diſsipat oleum irinum. Has & inueteratos abſceſſus diſſoluit emplaſtrũ diachylum ſimplex Recentibus confert emplaſtrum apoſtolicum.

SVCCOS malos concoquit ſyrupus de cydonijs. Succorum crudorum copiam diſcutit diatrionpepereon.

Succulentiam geminam corporis reſtituit triphera magna.

SVDORES exſoluentes corporis vires ſiſtit roſata nouella. Mouet ſyrupus acetoſus ſimplex, Immodicos & diaphore-

phoreticos, ſpinæ & thoraci illitum, cohibet oleum cydoniorum.

Suffocationes ex incẽdio cordis aut pulmonis curat philonium Romanum.

Suffuſionibus aquæ valet vnguẽtum Agrippæ. Suffuſorũ imagines & ſymptomata patientibus ex ventriculi vitio prodeſt hiera ſimplex.

Suſpirioſis confert philonium Romanum. Item oleum amygdalarum amararum.

SYNCOPEN iuuat electuarium de gemmis calidum. Item diamargaritum frigidum. Confert ſyrup. de boragine & bugloſſa. Cordis ſuccurrit dianthon. Sanat oleum balſami. Cõfert electuarium de gẽmis frigidum. Proſunt trochiſci de xyloaloës. Sanat ſyrupus de pomis ſimplex.

T.

TABIDIS ſuccurrit diapenidion. Confert diapraſsium Nicolai. Philonium Romanum Purulenta expuentibus auxiliantur trochiſci de carabe. Et macie cõfectis prodeſt diatra-

gacanthum frigidum. Item aurea Alexandrina. Oleum amygdalarum amararum.

Temperiem intemperatis reducit syrupus rosatus solutiuus.

Tendines confirmat oleum costinum. Frigore languidis opitulatur oleum styracinum.

Tensiones mollit oleum amyg. dulc.

Tentiginem propellit genitalib. illitum oleum è nymphęa.

Terget, expurgat oleum de cerasis.

Testiculosis prodest aurea Alexandrina.

Tetano prodest vnguentũ aregon. Curat oleum de castoreo.

THORACIS asperitatem lenit oleum violatum inunctum. Purgãt à pituita crassa & putrida pilulæ de agarico. Thoracis pus collectum mirificè discutit oleum terebinthinæ, dr. ij. Noxam emendat diapenidion. Diuturnis affectibus confert syrup⁹ de prassio. A materia crassa liberat incisione lohoth è succo scillæ. Crassos humores incidit loch è pino. Calidos affectus curat syrupus capillorum Veneris. Morbis ex frigida causa valet syrupus

rupus de hyſſopo. Omnes affectus iuuat ſyrupus de iuiubis. Confert oleum cheyrinum. Vitijs craſsisq́ humoribus & pituitoſis valent pilulę de hiera cum agarico. Dolores à frigore ſedat oleũ lilinum. Anguſtias leuant trochiſci diaion. Excrementa ad eiectionem per ſputum præparat emplaſtrum filij Zachariæ. Dolori à frigore valet emplaſtrum ceroneum. Vitia emendat diahyſſopu. Expurgat oleum carthami. Vitio obnoxijs auxiliatur oleum nardinum. Doloribus frigidis valet vnguẽtum marciatum. Affectib. calidis ſuccurrit ſyrupus violatus ſimplex. Contenta concoquit oleum irinum. Dolenti confert lohoth è papauere. Et pectoris affectib. valet ſyrup. myrtinus. Lenit oleum nucis Indicę. Affectibus frigidis & pituitoſis ſaluber eſt ſyrupus de glycyrrhiza. Expurgat ſyrupus de glycyrrhiza.

Timidos ſolitarios iuuat electuarium de gemmis calidis.

Tophos iuncturarum emollit & diſſoluit emplaſtrũ filij Zachariæ. Hos

&nodos duros, pſertim Gallici m
bi, diſsipat emplaſtrum è rhabarba
Neruorum& articulorum diſsipat
geſtione & emollitione vnguẽtum
bdellio.
Tremorem ſanat oleum de caſtorio.
Tremulis eſt ſummum remedium o
um nardinum.
TRISTIBVS ſupra modum auxilia
diamargaritum calidum. Triſtes
ne cauſa iuuat electuariũ de gemn
calidum. Triſtitiam pellunt pilu
Arabicæ. Triſtibus ſuccurrit ple
archonticon. Reficit oleum balſan
TVMORES duros digerit & matu
emplaſtrum diachylum paruum
tiliter adhibetur oleum è piperib
Efficaces ſunt trochiſci de eupator
Tumores prętet naturam iuuant tr
chiſci de rob. Duros lenit oleum m
ſtichinum. Crudos concoquit, reſ
uit, & laxat oleũ rutaceum. Partiu
laxis valet vnguentum Agrippę. D
ros pręſertim Gallicos, reſoluit ac d
ſipat emplaſtrum è rhabarbaro.
TVSSI antiquæ & aſthmati, conferu
pilulæ de agarico. Valet diaſulph
Meſu

Mesue. Siccæ confert syrupus de gly
cyrrhiza. Diaprasium Nicolai. Ex
defluxionibus, sedat syrupus de papa
uere. Veterem cum suspirio sanat lo-
hoth è succo scillæ. Siccam sedat syru
pus de papauere compositus. Succur-
rit ex destillatione acri & calida syru-
pus myrtinus. Anhelam iuuat syru-
pus de prasio. Confert electuarium
de gemmis frigidum. Sedat saponea.
Opitulãtur ,& pectori, sebesten fruct⁹
prunorum instar. Calidæ & tenui va
let syrupus myrtinus. Compescit o-
leum irinum. Prodest lohoth passu-
larum. Tussientibus asthmaticis va-
let massa pectoralis. Siccam iuuat sy-
rupus de iuiubis. Sedat syrupus gra-
natorum dulcium. Tussim & tho-
racis dolores mitigat oleum de pista-
cijs & pineis. Tussi & dyspnœæ con-
fert oleum lini. Item oleum sesami-
num. Confert syrupus è farfara &
scabiosa. Intensissimam sedat philo-
nium Romanum. Confert diapras-
sium Nicolai. Veterem curant pilulę
bechiæ. Conuenit syrupus de cala-
mintha. Tussientibus tabidis, diffi-

culter ſpirantibus, & aſthmaticis, v
let diathamaron. Tuſsi ſiccæ in m
teria calida & acri proſunt trochiſ
bechij nigri. Sedat vnguẽtum pecto
rale. Diuturnæ auxiliatur ſyrupu
de glycyrrhiza. Siccam eluit ſyru
violatus ſimplex. Tuſsiculoſis & ſu
ſpirioſis proſunt trochiſci bechij alb
Auxilio eſt loch ſanum & expertum
Prodeſt diapenidion. Diuturnæ ſuc
currit loch è pino.

Tympanitem ſanat cum ſtercore capri
no vel vaccino ſicco æquali ponder
emplaſtrum è baccis lauri.

V.

VACVATIONEM omnem immodic
reprimit ſyrupus myrtinus.

Vapores diſcutit oleũ chamæmelinum

VASORVM obſtructiones aperit diaca
laminthes.

VENENA lethalia qui hauſerũt, eis con
fert hiera Logadij, doloresq́ ſedat. V
neni ſumpti ſuſpicioni vomitum cie
poſt ſumptionem tertia hora ferè, al
uusq

uusq; mouetur, oxymel helleboratum vel ſcillinum. Venenis præcipuè à ſcorpione illatis reſiſtit oleum ſcorpionum. Sumptis cicutę, coriandri aut fungorum, præſentiſsimũ eſt alexipharmacon oleum irinum. Liberauit aliquos inunctione ſola oleum ſcorpionum. Frigidis potenter reſiſtit oleum philoſophorum. Venenatam materiã ſoluit ſyrupus de cichorio cum rhabarbaro. Reſiſtit ſyrup⁹ roſatus ſolutiuus. Venenata extrahit emplaſtrum apoſtolicum. Venenatis morſib⁹ impoſitũ valet emplaſtrum apoſtolicum. Reſiſtit ſyrupus de acet.cit. Morſus curat theriaca diateſſaron Meſue. Venenis & morſib. ſerpentum valere contendunt oleum auellanarum. Venenatos ictus curat admota vel epota theriaca diateſſarõ Meſue.

ENARVM ſpiracula laxat oleum rutaceum. Ora aperit oleum philoſophorum. Spiracula aperit oleum laurinum. Venis ſucco plurimo pituitoſo repletis valet diatrionpepereon.

ENERIS tentiginem excitat illitum

oleum nucis moſchatę. Auget trip
ra Saracenica. Deſuetam cõcitat di
ſatyrion.

VENTRIS torminibus modicè ſuccu
rit oleum cheyrinum. Inferioris a
fectibus valet ſyru. violatus ſimple
Inferioris totius frigidos affectus c
rat confectio anacardina vnc.j. D
loribus eſt vtile vnguentum Agripp
Tineas pellunt ſebeſten. Defluxior
bus infeſtato medetur oleũ cydoni
rum. Totum inferiorem cogẽdo r
borat oleum cydoniorum. Profl
uium ſanat ſyrupus myrtinus. Fl
xibus aſtringentia ſua confert rob
cornis. Inferiorem totum & inſtr
menta nutritionis roborat aroma
cum roſatum. Dolores mitigat p
lonium Romanum. Doloribus fr
gidis valet vnguentum aregon. R
borat ſyrupus de mentha. Ventris
nimalia pellit oleum ricinum.

VENTRICVLI faſtidia tollit diamar
ritum calidum. Putridos humor
corrigit ſyrupus de corticibus cit
Frigidum roborat & firmat diazin
ber. Intemperiẽ frigidã ſanat diag
lang

langa. Benefacit hiera composita Nicolai. Instaurat imbecillum ex frigiditate, & roborat zingiber coctum. Ex intemperie frigida languidum roborat electuarium de gemmis calidũ. Putres humores absumit triphera Saracenica. Cruditates emendat triphera minor. Confirmat oleum costinũ. Dolores sedat philonium Romanum. Confert imbecillo pleres archonticõ. Roborat electuarium de scoria ferri. Calidam intemperiem corrigit syru. de agresta. Putridos humores arcet aromaticum caryophyllatum. Roborat syrupus de fumoterræ. Inflationem curat theriaca diatessarõ Mesue. Refrigerationibus cõuenit diatrionpepereon Mesue. Valet imbecillitati syrupus de absinthio. Cõcoctricem & retentricem roborat oleum mastichinum. Frigidis affectibus conducit oleum absinthij. Frigiditati prodest dialacca. Imbecillitati vtile est oleum cydoniorum. Hunc firmat oleum nardinum. Frigidos affectus sanat oleum laurinum. Calorem emendat diarhodum abbatis. Ventri-

culum imbecillum nõ temerè firm
oleum è piperibus. Ventriculo inu
ctum mirificè roborat oleũ nucis m
schatæ. Robur suscitat syrupus de
patorio. Prosunt pilulæ aggregati
Ventriculi durities emollit emplast
è meliloto. Imbecillitatem robora
trochisci de rosis. Coctionẽ iuuat tr
phera Sarac. Intemperiei frigidę m
detur syrupus de mentha. A bile &
tuita liberat syrupus de duabus rad
cibus. Ventriculo infarctam pitui
efficaciter deterget diospoliticon. I
tredines emendat triphera minor
Prosunt pilulæ fœtidæ. Flatus dis
pat aromaticum rosatum. Hunc r
borant pilulæ stomachicæ. Roborã
sed parum purgant, pilulę imperial
Affectibus valet oxymel scilliticu
Roborat syrupus de stœchade. Gr
tum est oleum de pistacijs & pineis.
bile crassa liberat syrup⁹ acetosus c
positus. Humida excrementa arc
aromaticum rosatum. Firmat en
plastrum diaphœnicon. Pasionib
prodest electuarium de gemmis ca
dis. Incendio valet syrupus rosat
solu

solutiuus. Intemperie dissolutum re-
creat rob de ribes nostrate. Humores
crassos, putres, & pituitosos purgant
pilulæ elephanginæ. Humores infar-
ctos educunt pilulæ pestilẽtiales. Ae-
stuãtem restinguit oleum rosaceum.
Corroborat syrupus de cort. citri. Vi-
res dissolutas & relaxatas instaurat
rosata nouella. Imbecillitatem corri
git rosata nouella. Calidam intempe
riem emendat triphera Persica. Ca-
pre imbecillum firmat syrupus de a-
cet. citri. Malis frigidis medetur dia-
xyloaloës. Dolores frigidos lenit o-
leum lilinum. Huic cibum non reti-
nenti confert athanasia magna. Cru-
ditatem & inflationem emendat ele-
ctuarium ducis Nicolai. Subuersio-
nem compescit syrupus myrtinus.
Imbecillo & refrigerato adhibetur o-
leum menthæ. Doloribus confert e-
lectuarium de scoria ferri. Dolorib.
confert syrupus de chamæmelo. De-
lli ex frigida causa confert oleũ mu-
celinum illitum. Imbecillum robo-
rant trochisci de xyloaloë. Biliosis
pituitosis humoribus valent pilulæ

de hiera picra. Astrictione sua ro
rat oleum myrteum. Vires lãgui
recreat syrupus de cydonijs simp
Vitijs valent pilulæ aggregatiuæ.
becillitates firmant trochisci ram
Intẽperiei calidæ conferunt troch
de camphora. Roborant pilulæ ag
gatiuæ minores. Collectiones d
pat emplastrum diachylon simp
Dolorem flatuosum vel frigidum
nat emplastrum è baccis lauri. In
periei calidæ valent trochisci de sa
lis. Flatus dissoluũt pilulæ aureæ
colai. Roborat & deterget mel ros
Intemperiem mitigat vnguentur
satum. Dolenti cõfert oleum car
mi. Morbis frigidis & diuturnis
let diacurcuma. Roborat syrupu
pomis simplex. Affectibus valet
pus de absinthio. Intemperiem
dam & siccam corrigit rosata nou
Vitijs valet lætificans Rasis. Rob
& tutum reddit syrupus de agr
Frigidum roborat diacorum.
dam intemperiem mitigat syru
portulaca. Obstructionibus va
trochisci de absinthio. Bilem & p

tam eliciunt ſine moleſtia pilulæ de aloë & maſtiche.

ERMES interficit oleum philoſophorum. Vermes & pediculos enecat oleum laurinum. Vermes necat & educit vnguentum cyclamini maius, vmbelico inunctũ & ſtomacho. Vermibus eſt efficacißimum remedium diaturbith cum rhabarbaro.

ERTIGINI prodeſt diamoſchu dulce. Vertiginoſis ſubitò decidentibus confert hiera Logadij. Vertiginoſos iuuant pilulæ de nitro. Hiera Pachij. Aurea Alexandrina. Oleum petroleum. Electuarium roſatum. Vertigini & capitis dolori prodeſt electuariũ de pſyllio. Pilulæ Arabicæ.

ESICAE affectionibus frigidis prodeſt oleum enulatũ. Veſicæ durities diſsipat dialacca, & calculos. Huic cõfert oleum cheyrinum. Oleum nardinum. Eius vitijs medetur à cauſa frigida diacurcuma. Roborat triphera minor. Veſicæ frigore dolẽti ſuccurrit oleum ſtyracinum. Vlcerib. commodum eſt oleum è nymphęa. Imbecillitati valet diaſatyrion. Doloribꝰ.

auxiliatur oleum petroleum. Affecti
bus frigidis vtiliter adhibetur oleum
è piperibus. Vlcera detergent, gluti
nant, cicatrice obducunt & lotij acri
moniam mitigant trochisci de halic
cabo. Humores, & renum expurgat e
lectuarium episcopi. Dolores seda
oleum lilinum. Humores purgăt pi
lulæ de benedicta. Calculum dissipa
oleum scorpionum. Vlceribus vale
syrupus de iuiubis. Vteri & vrinę ar
dores mitigat oleum amygdalarum
dulcium. Frigus dissipat vnguĕtum
ceroneum. Dolores iuuat oleum ru
taceum.

Vigilantibus conuenit, fronti, naribu
ac temporibus illitum, oleum man
dragoræ. Vigilias arcet diasebesten.

VIRES corporis roborat diambar. E
diuturnis morbis labefactatas confi
mat rosata nouella. Debiles robora
lætificans Galeni. Virium imbecill
tatem omnem firmat diamargarit
calidum. Deiectis medetur manu
Christi.

VISCERA omnia ... facit diamba
Viscerum feruorib. prode... diatriom
santa

ſantalon. Phlegmonis vtile eſt oleum myrteum. Item oleum nardinum. Collectiones diſsipat emplaſtrũ diachylon ſimplex. Morbis frigidis & diuturnis prodeſt diacurcuma. Impuritatem omnem expurgat ſyrupus de cichorio cum rhabarbaro. Intemperiei frigidę conuenit ſyrupus de calamintha. Et reliquarum partiũ durities emolliẽdas ſuſcipit emplaſtrum de meliloto. Viſcera roborat aſtringendo leniter ſyrupus roſatus ſolutiuus. Ab intẽperie calida, & imbecilla, firmat ſyrupus de aceto citri. Nimio calore diſſoluta refrigerat ſyrupus roſatus ſolutiuus. Inflammationibus valet ſyr. violatus ſimplex. Duritiem laxat vnguentum de althęa. Purgant pilulæ maſtichinæ. Cuncta intemperie diſſoluta recreat & confirmat rob de ribes noſtrate. Imbecilla & reſoluta confirmat ſyrupus myrtinus. Putridos humores purgãt pilulæ de aloë lota. Obſtructionibus valent pilulæ de eupatorio. Viſcera omnia refrigerata corroborant pilulæ imperiales. Viſceribus quibuſcunque exulceratis

dantur cyphi Damocratis, id eſt, tro-
chiſci. Calorem moderatur ſyrupu
de ſucco acetoſæ. Viſcerum dolorib
prodeſt ſyrup⁹ de abſinthio. Obſtru-
ctiones leuat ſyrupus acetoſus com-
poſitus. Phlegmonas corrigit ſyrup
acetoſus citri. Calefacta iuuat oxy-
ſaccharum. Omnium vires reficit ſy-
rupus de cydonijs ſimplex. Tumori-
bus valet emplaſtrum apoſtolicum
Omnium intemperiei valet ſyrupu
de endiuia. Languores firmant tro-
chiſci ramich.

VISVM roborant pilulæ opticæ, & con-
ſeruant. Acuunt pilulæ de myrob-
lanis. Pilulæ Arabicæ. Pilulæ octo
meræ. Sopitum & tenebris occæcat
excitat puluis pro epithe. cordis. V
ſus ſuffuſionem diſcutit triphera Pe
ſica. Imbecillitati valet electuariu
opticum Adolphi Occonis.

Vitalibus facultatibus cõciſis valet pu
uis pro epith. cordis.

Vitioſos mouet humores hiera Log
dij.

Vitrioli oleum miſcetur guttis paucis
licui ſyrupo, & ſaccharum & penid
addu

adduntur, donec crassescat instar electuarij. Dosis est ad pisorum duorum aut trium magnitudinem.

[V]OCEM amissam restituit hiera Pachij. Vocis asperitati prodest loch sanum. Raucedini, trochisci bechij nigri. Diapenidion. Clariorem reddit oleum carthami. Oleum nucis Indicæ. Oleum sesaminum.

[V]OMITVM roborat oleum menthæ. Vomitionem persanat syrupus de agresta. Sistit oleum menthæ. Syrupus de cydonijs simplex. Vomitum biliosum reprimit rob de ribes nostrate. Vomitui puerorum confert emplastrũ è crusta panis. Hunc compescit rosata nouella. Syrup. de mentha. Syrupus myrtinus comp.

[V]RINAE ardori illitum aut iniectum est commodum oleum è nymphęa. Promouet syrupus de duabus radicibus. Vrinæ retentioni confert electuarium diureticum. Vrinam mouet diacalaminthes. Dialacca. Syrup. de endiuia. Promouent ea quibus vitiosi expurgantur humores. Vrinę difficultatem soluit philonium Ro

manum. Tarditatē promouent tr
chiſci de halicacabo. Cruentæ per c
theterum immiſsi medentur troch
ſci de terra ſigillata. Vrinam mou
ſyrupus acetoſus ſimplex. Prouoc
electuarium diureticū. Potenter m
uent trochiſci è lacca. Ardorem m
gant trochiſci de halicacabo. Vri
propellit diaſatyrion, & eas ab hum
rib. corraſas ſyr. de abſinthio. Diff
cultati ſuccurrit elect Iuſtinum oro
veri. Promouet ſyrup. acetoſus con
poſitus. Vrinæ anguſtijs pubi illitu
medetur oleum amygdalarum am
rarum. Ardori à bile vel pituita ſal
opitulantur ſebeſten mixta. Prou
cat diacurcuma. Impeditam prom
uet oxymel diureticum. Et calcul
prouocat maximè cum ſyrupo cōu
niente, vt de floribus perſicorū, ox
mel helleboratum.

Vſtiones ex inſolatu factas, ephelides d
ctas, emendat vnguentum citreum.

VTERI affectibus prodeſt ſyr. de arth
miſia. Vterum roborat oleum de c
co. Vteri durities emollit oleum r
taceum. Frigidis & humidis affect
b

bus intẽperie natis prodeſt diambar. Strangulatum recreat oleum ſampſychinum. Frigidos affectus ſanat oleum laurinum. Affectibus omnibus prodeſt ſyrupus biſantinus. Occluſiones & tumores diſcutit oleum nardinum ſuppoſitũ. Vtero frigore languido ſuccurrit oleum ſtyracinum. Roborat vnguentum comitiſſæ. Vterinis mulierum malis frigidis prodeſt vnguentum aregon. Vteri phlegmonis recentibus & diuturnis inditum peſſario, admouetur emplaſtrum diachylum ſimplex. Paſsionibus prodeſt electuarium de gemmis. Vterum elocatum priſtinæ ſedi reſtituit ſyrupus de arthemiſia. Intemperiem emendat hiera compoſita Nicolai. Dolores mitigat philonium Romanũ. Conferunt & impeditis menſtruis pilulæ de caſtoreo ſine doronico. Inflammationibus cõfert oleum roſaceum. Dolores iuuat oleum rutaceum. Vitijs prodeſt ſyrupus de betonica. Dolores lenit oleum lilinum. Præfocationes curat electuarium de gemmis calidis. Frigidis malis pro-

deſt oleum amygd. amararum. Malis muliebrib⁹, duritieb. & præcluſionib. valet diſſoluẽdo oleum lilinum. Suffocationi ſuccurrit oleum cheyrinũ. Præcluſionibus & conuerſionibus efficax eſt oleum ſampſychinum. Præfocationes ſuppoſitum diſcutit oleũ nardinum. Dolori confert oleum de croco. Paſsionibus frigidis prodeſt oleum enulatum. Conuulſioni confert oleum de croco. Doloribus auxiliatur oleum petroleum. Suffocationes & ſtrangulatus iuuat oleum balſami. Vitijs ex iecoris frigida intemperie natis prodeſt emplaſtrum ceroneum. Vtero vtiliter adhibetur oleum è piperibus. Vteri hęmorrhagię confert philonium Perſicum piperis albi.

VLCERIBVS vetuſtis vel manantibus, affluxu nimio humentibus, medetur cum ſquama æris & cera oleum myrteum. Dolores ſedat oleum è vitellis ouorum. Antiqua & maligna curat emplaſtrum è minio. Vlcerib. in putridis & cãcroſis vſurpari debet, quòd nulli veterum cõpoſitioni cedat, vnguẽtum è tutia. Putrilaginoſis & cunicu-

niculosis conuenit vnguentum Aegyptiacum. Vlceribus serpentibus prodest vnguentum rosatum. Cauis explendis valet vnguentum è tutia. Vlcerum pul. Vlcera superficialia curat, solutum rosaceo vel myrtino, emplastrum diachylum simplex. Inflãmatione correpta curat emplastrum diachylum simplex. Dolores sedat oleũ è vitellis ouorum. Vlcera cicatrice claudit emplastrum griseum. Maligna iuuant pilulæ aggregatiuæ minores. Vetustis & diuturnis valet emplastrum apostolicum. Habẽtes vim eius in ipsis vlceribus statim penetrantem sentiunt & aperientẽ, oxymelitos helleborati. Exedentia & serpẽtia sua frigiditate obtundit vnguentum de minio camphoratum. Vlceribus tibiarum valet vnguen. è tutia. Vlcera siccat emplastrum griseum. Difficilia sua siccitate percurat emplastrũ triapharmacũ. Explet emplastrum griseum. Ea partiũ maximè neruosarũ, phlegmonarum expertia tergit & carne replet emplastrum basilicum. Putredinibus & sinuosis anfractibus va-


let emplastrum apostolicum. Cruenta glutinat vnguētum de lithargyrio. Serpentia cacoëthica sanat oleum sesaminum. Vlceribus antiquis difficilis cōsolidationis valet emplastrum è minio. Difficilia persanat vnguentum de lithargyrio. Malignis valet vnguentum Aegyptiacum.

VVLNERA glutinat oleum hyperici. Vulnerū pūcturis est efficax oleū hyp. Iniurijs fotu commodum est oleū styracinum. Vulneribus & eorum resolutionibus est conuenientissimum oleum lumbricorum. Interna glutinat vnguentum potabile ℥ ß. vel j. Curat occulta fistulosa & sinuosa syrupus de epithymo. Inflammata curat emplastrum diachylum simplex. Tutò & salubriter glutinat vnguent. aureum in mollioribus corporib præsertim. Diuisa glutinat emplastrum diachylū simplex. Recentia ab inflāmatione vindicat emplast. diachylon simplex. Pectoris valet penetrantib. emplast. è minio. Potenter curat emplastrum è minio. Et vlcera difficilia sinuosa vel cuniculosa, sordidaq; emendat vnguen-

guentum apoſtolorum. Vulneribus valet recentibus emplaſtrum apoſtol. Sordidis valet vnguentum è tutia. Recentibus capitis & partium neruoſarum ac vlceribus eſt aptiſsimum emplaſtrum tetrapharmacum baſilicum minus. Recentibus valet emplaſtrum nigrum. Repurgat vnguentum fuſcum vel nigrum. Claudit vnguentum de althęa.

VVLVAE affectibus ſubuenit oleum cyprinum vel liguſticum. Exulceratæ medetur oleum myrteum. Vuluarum dolores & ſtrangulatus ſuppoſitum ſanat oleum amygdalarum amararum.

FINIS FABRICAE Receptorum.



FORMVLÆ REMEDIORVM, QVIBVS VVLGO MEDICI VTVNTVR.

AVTHORE PETRO Gorræo, Bituricensi.



FRANCOFORTI,

Anno M. D. LXXXIII.

IO. GORRAEVS LEctori S.

PRodijt iampridem in publicum libellus formulas remediorum continens, quibus hoc tempore medici medicamenta componunt. Is quãuis mutilus & plerisq; in locis deprauatus, & sine authore, à quo tamen apud multos commendari potuisset, circunferretur, tanti vbiq; fuit, vt eius æmulatione quidam in Germania rapto gloriam comparari soliti, de componendorum miscendorumq; medicamentorum ratione libros ediderint, & Venetijs etiam typis excusus fuerit. Antè enim quisq; ferè eum sibi exarabat. Itaq; non putabam, donec excusus est, tam communẽ esse: alioqui dudũ in eo præstitissem quod nunc molior, neque permisissem tam lacerum & corruptum in hominum manus peruenire. Id enim ego ad existimationem meam magni referre arbitrabar, cui non minus parentis nomẽ, quàm meum curæ esse debet. Siquidem permulti, ijq; celebres medici Parisienses, sciebant formulas eas à patre meo primùm descriptas fuisse, quibus ille senex iuuenes medicos domum suam familiariter ventitantes, Parisijs instruebat. Nec tamen de ijs

publicandis unquam cogitauit. Huius enim gloriolæ desiderio minimè tenebatur, qui poterat veram gloriam & lōgè amplißimam grauioribus studijs scriptisq́; consequi. Formulas tantùm istas, tāquam maximè vulgares, medicinæ studiosis dictauit, quas illi auidiùs exceperunt, scripto in unum contulerunt, & inde amicis discipulisq́; suis communicarunt. Sic factum est, ut illæ quasi per manus traditæ, nunc paßim habeātur. Hæc ego cùm longo pòst tempore intellexißem (pater enim me adhuc puero fato functus est) cœpi studiorū eius monimenta, quæ moriens multa et præclara reliquerat, diligentius scrutari. Laceras modò chartas, & veluti Sybillæ folia, huc & illuc dispersas deprehendi, nec tamen omnes, ex quibus præsentem libellum reformaui. Quo quidem in opere nihil de meo addidi, nihil detraxi, nihil immutaui, sed ea etiam reliqui, quæ certò scio à Latinis authoribus abhorrere, tum quòd sciam patrem meum hæc vulgo & pharmacopolis intelligenda dictantem noluisse affectare, se in re barbara malè Latinum, maleq́; disertū haberi, tum quòd si ista aliquando, qualia erant, placuerunt, nunc etiam meliora facta, non minus poterunt probari. Vale.

FOR-

FORMVLAE REMEDIORVM, QVIBVS VVLGO MEDICI VTVNTVR.

Authore Petro Gorræo Bituricensi.

REMEDIORVM NOMINA, *quæ hodie in vsu sunt medicinam exercentibus.*

1 Suppositorium.
2 Nodulus.
3 Pessarium.
4 Clyster.
5 Syrup⁹ simplex, siue vsualis, & syrupus magistralis.
6 Iulep.
7 Dosis, siue Potus.
8 Bolus.
9 Pilula.
10 Apozema.
11 Mulsio.
12 Puluis.
13 Electuariū. Lozenga. Manus Christi. Opiata.
14 Conditum. Conserua.
15 Pasta regia, siue marciopanis.
16 Lohoth, siue Eclegma.
17 Balneum & Semicupium.
18 Epithema, siue

fomentum.
19 Sacculus.
20 Scutum.
21 Cataplaſma.
22 Emplaſtrum.
23 Vnguentum.
24 Linimentum.
25 Frontale.
26 Cucufa & Semicucufa.
27 Suffitus.
28 Collyrium.
29 Naſale, ſiue errhinum.
30 Apophlegmatiſmus.
31 Deſtillatũ reſta uratiuum.

Quibus modis remediorum quantitas diſpenſetur.

Herbæ diſpenſantur manipulis: quorum nota eſt m.

Flores pugillis: quorum nota p.

Radices granis, ſcrupulis, drachmis, vncijs, libris: quorum notæ g. ℈. ʒ. ℥. lb.

Liquores / Pulueres { eodem modo quo & radices.

Fructus, numeris, j. ij. iij. iiij. v. &c.

Ordo in decoctionibus obſeruandus.

Radices primò in decoctionibus ponantur, quoniam maiore egẽt coctione quàm reliqua. Secundò ſemina. Poſtremò flores, quia nimia coctura vim ſuã, quæ aëria eſt, amitterent.

De

De quibusdam ſimplicibus, quæ ſuis nominibus non appellantur, ſed tantùm vniuerſalibus.

Remollitiuorum nomine intelliguntur iſta,

Malua,
Biſmalua, ſiue Althęa,
Violaria,
Parietaria,
Mercurialis,
Acantha,
Brancha vrſina,
Beta.

Radicum aperitiuarum nomine intelliguntur,


Radices Apij,
Petroſelini,
Bruſci,
Aſparagi,
Fœniculi.

Florum cordialiũ, ſiue communium nomine intelliguntur,

Flores Violarum,
Borraginis,
Bugloſſæ.

Semina, quorum præcipuus eſt vſus, dulcia ſunt, calida & frigida: & vtraque

ſimiliter duplicia, maiora ſcilicet & minora.



Herbarum capillarium nomine intelliguntur,

Capillus Veneris, Adiantum.
Ceterach. Scolopendria.
Polytrichon.

I. SVPPOSITORIVM.

SVppositorium est remediũ solidum, oblongum, & rotundũ, quod ano inditur, vt sphincterem irritet, & facultatem expultricem incitet ad vacuationem excrementorum.

Vtimur suppositorio tribus maximè de causis. Prima est stercoris educendi gratia, quod cùm in recto intestino existat, clysterem non requirit. Secunda, quando vnus vel duo clysteres priùs iniecti non redeunt per aluum, vt in colicis doloribus accidit. Tunc enim clysteres alios indere periculosum est. Tertia est, propter ægroti imbecillitatem, qui multò faciliùs glãdem, quàm clysterem admittit.

Suppositorium fit ex melle cocto tantisper dum crassescat & inspissetur. Melli nõnunquam sal communis admiscetur, sal gemmę, stercus muris, agaricum, vel hiera simplex, si magis volumus stimulare & irritare.

Exemplum vbi stercus educere volumus.

℞. suppositorium ex melle: quod si de-

bilius existimas, quàm vt feces mouere possit, subiungam.

℞. suppositorium commune ex melle acutum cum ʒ ſ. salis communis, vel ℈ ſ. salis gemmæ, vel ℈ ſ. stercoris muris, vel ℈ j. vel ʒ ſ. pulueris hieræ simplicis.

Fiunt etiam suppositoria ex sapone albo, seuo, lardo, candela, caule betæ, vel mercurialis, aut earum radiculis melle perunctis, aut intinctis in oleo, & resper sis sale puluerisato, maximè pro pueris & infantibus, quibus & salis grumus inditus sufficit.

Suppositorium ad lumbricos.

℞. thymi, vel cyclamini, vel absinthij, vel abrotoni triti in mortario, ʒ j. vel ʒ j. ſ. mellis cocti, quod sufficit: fiat suppositorium.

Valent & suppositoria ad paralysin: Ex pyrethro, pipere, napy, centaurio, bitumine, panacis radice, hyssopo, galbano, mixtis cũ resina sicca, aut pice & cera.

Suppositorium fit lõgum digitos sex, vel septem, vel octo: sit & rotundum.

Suppositorio non vtimur in hæmorrhoidibus & reliquis ani tumoribus.

II. No-

II. NODVLVS.

NOduli ſunt, qui ab Ætio προθέτα dicuntur. Conueniunt his qui rhagaas aut condylomata in ano habent, hęc nim glandiũ duritia irritantur. Quam brem cogimur floccis illorum loco v-. Eſt autem eorum materia eadem quæ glandium. Trita cum melle & flocco xcepta inditur intra annum.

Eſt autem is nodulus optimus & ſuaiſsimus, qui ex ſale & vitello oui in pan o aut lana exceptis in formam fabę fintur, & mittitur in anum filo appenſus, poſsit extrahi.

III. PESSARIVM.

St medicamentum quod molli lana aut ſimili re exceptũ intra mulierum turalia conditur. Figura ſimile eſt ſup ſitorio, niſi quòd longius & craſsius, quia vtero imponi debet.

Fit ex cera, aut panno, aut bombace, t linamento, primùm demerſis in vnentum, vel medicamentũ conducens rationi, deinde inuolutis ſerico, filó-

que appensis, vt posit faciliùs educi.

Imponitur ano & vtero, ad vtriusqu sedandas inflammationes & vlcera: Pri uatim verò vtero, ad menses prouocan dos & secundas, vel ad sistendum immo dicum menstruorum profluuium, ve ad remolliendam vterorum duritiem vel reliquos vteri morbos curandos.

Ad sedandam inflammationem.

℞. pessarium: mergatur in vnguent rosato: mittatur in locum. Huic auten aliquando additur opium, vbi scilice inflammatio magnum dolorem faci Opium enim sua frigiditate stupefaci Sed parua eius quantitas debet esse, vt semiscrupulo ad scrupulum vnum: & pauco tẽpore retineri, ne à frigido pars quæ neruosa est & membranosa, læda tur. Teneatur ergo horæ semisse.

Ad siccanda vlcera.

℞. pessarium mersum in vnguent pompholygos, mittatur in anum, vel i vuluam dolentem.

Ad euocandos menses.

Pessaria pro euocandis mensibus ali te

ter fiunt. Medicamenta enim excipiuntur in panno ſerico, tenui & raro, vt ſandalo, & fit forma craſsior, quę penem referat. vt,

℞. hieræ picræ cõpoſitæ ℥ j. euphorbij, pulpæ colocynthidos an. ℈ ſ. miſce: fiat peſſariũ, vngatur oleo nardino, vel ſucco herbarum menſes prouocantium.

Talia peſſaria fiunt ſæpè ex herbis contuſis menſes prouocantibus. vt,

℞. mercurialis, vel nepitæ, vel artemiſiæ, vel abrotoni m. ſ. teratur & inuoluatur in panno ſerico: fiat peſſarium.

Si menſtrua induruerint cum tumore & dolore, fiat prius balneum. Id enim mollit & humectat. Debet etiam priùs ſubduci aluus & veſica exonerari, quia matrix eſt illorum media. Hæc enim opbleta & matricẽ prementia poſſent menſes nimia anguſtia cohibere & tardare.

Si immoderatiùs menſtrua profluãt, ſic fiat,

℞. peſſarium merſum in vnguento comitiſſæ, mittatur intra matricem. vel ſic,

℞ plantaginis, vel centinodiæ, vel rubi, vel myrti, vel alterius menſes ſiſten-

tis, m. ſ. teratur & inuoluatur in panno ſerico: fiat peſſarium.

Ad emolliendam vterorum duritiem.

Peſsi emollientes fieri poſſunt ex medulla vitulina & ceruina, reſina, terebinthina, adipe anſerino aut ſuillo, gummi ammoniaco diſſoluto in aqua.

IIII. De clystere sive enemate.

CLyſter ſiue enema, eſt medicamenti genus, quod liquidum intra inteſtina iniĳcitur per anum. Vtilis eſt ad hæc octo:

1 Molliendum aluum duritia cohibitã.
2 Irritandum vim excretoriã ſopitam.
3 Vacuandos humores qualeſcunque.
4 Ventoſitates carminandas.
5 Dolores ſedandos.
6 Adſtringendam aluum.
7 Tergenda inteſtinorum vlcera.
8 Conſolidanda eadem.

Addi etiam poteſt ad alterandum, vt hîc.

℞. lactucæ, ſcariolæ, roſtri porcini, foliorum ſalicis an. m. j. florum violarum, nenu-

nenupharis, an. p. j. fiat decoctio ad lb. j. In colatura dissoluantur cassiæ fistulæ ℥ j. olei violati & nenupharis an. ℥ j. ss. camphoræ ℈ j. fiat clyster.

Clyster mollitiuus.

℞. quatuor remollitiuorum parietariæ an. m. j. radicis altheæ, liliorum alborum an. ℥ j. seminis lini, fœnigræci, anisi an. ℥. ss. ficuum pinguiũ numero iiij. fiat decoctio ad lb. j. In colatura dissolue cassiæ fistulę, mellis violati, butyri recentis an. ℥ j. olei violati ℥ iij. fiat clyster.

Item mollitiuus clyster prædictis deficientibus sic fiet.

℞. olei tepefacti lb. j. fiat clyster. Vel sic: ℞. olei, butyri recentis, an. lb. ss. fiat clyster.

Clyster irritans vim sopitam.

℞. quatuor remollitiuorum an. m. j. seminis carthami ℥ j anisi, fœniculi, carui, an. ʒ iij. fiat decoctio ad lb. j. In colatura dissolue hierę simplicis, vel benedictæ, vel diaphœniconis, vel electuarij de succo, vel electuarij indi maioris ℥ ss. mellis despumati, vel succi squillæ ℥ j. vel salis communis ʒ ij. vel salis gemmæ ℈ j. aut ʒ ss.

Clysteribus additur à nonnullis ℥ j. ſucci betæ ad aluum ſtimulandam, vel ſucci betæ & caulium an. ℥ ſ. ſalis communis ʒ ij. vel ʒ j.ſ. ad mordicandum, vel minus, certo tamen pondere pro ſenſu ægri facili vel difficili.

Item talis clyſter irritans excretoriam facultatem optimè fit ex ſolo melle, vel melle cum ſucco ſquillæ, aut aliquo decocto.

Quòd ſi virtus expultrix cum duritie fecum eſt torpida & ſopita, tunc fiat clyſter partim ex remollitiuis, partim ex irritantibus.

Clyſter vacuans humores.

Clyſteres, qui vacuandis humoribus fiunt, variantur penes humorum differentias. Nam vbi humor eſt craſſus, frigidus, afficiens inteſtina, fiet ſic,

℞. quatuor remollitiuorum an. m. j. camomillæ, ſummitatum anethi, origani, calamenthi, abrotoni an. m. ſ. aniſi, carui, cumini, ameos, ſeſeleos an. ℥ ſ. baccarum lauri, ſeminis rutæ, an. ʒ ij fiat decoctio. In colatura diſſolue catholici & diaphœnici an. ℥ ſ. vel diaphœnici, vel benedictæ ʒ vj. vel amborum an. ℥ ſ. ſacchari

chari rubri, mellis anthoſati an. ℥. iij. vel ℥ ſ. olei anethi & camomillæ an. quart. ſ. vel olei rutæ ℥ j. olei anethi ℥ ij. vel olei liliorum ℥ ij. Fiat clyſter. Si ventoſitas adſit, addes carminatiua: ſi dolor, anodyna, vt poſtea exemplis patebit.

Si autem bilioſus humor & mordens clyſtere educendus eſt, tunc clyſter fit ex euacuantibus eum, & partim mixtis inflammationem ſedantibus. vt,

℞. maluæ, biſmaluæ, violariæ, parietariæ, endiuiæ, cichorij, lactucæ, portulacæ an. m. j. ſi tanta opus ſit frigiditate, quatuor ſeminum frigidorum maiorum conquaſſatorum an. ℥ iij. vel ℥ ſ. hordei integri, p. j. fiat decoctio ad ℔. j. In colatura diſſolue caſsię fiſtulę, ſacchari communis an. ℥ j. vitellum oui vnum vel duos, olei roſati, vel violati, vel communis quar. j. fiat clyſter.

Si ab humore melancholico pendeat talis paſsio. ſic fiat,

℞. quatuor remollitiuorum foliorum buglosſę, borraginis, ſummitatũ anethi, lupuli, fumiterrę an. m. j. meliloti, camomillæ an. m. j. ſeminis carthami,

polipodij quercini an. ℥ j. anisi, fœniculi an. ℥ ß. fiat decoctio. In colatura dissolue hieræ rufi, quæ non est in vsu, vel confectionis hamech ℥ ß. vel catholici ℥ j. sacchari rubri, vel mellis rosati, vel violati ℥ j. olei anethi, liliorum & violarum an. ℥ j. fiat clyster.

Clyster ad discutiendas ventositates.

℞. maluæ, bismaluæ, parietariæ, origani, calamenti, camomillæ, summitatum anethi an. m. j. anisi, carui, cumini, fœniculi an. ℥ ß. vel ʒ vj. baccarum lauri, ʒ iij. vel ℥ ß. seminis rutæ ʒ ij. vel iij fiat decoctio. In colatura dissolue benedictæ vel diaphœnici, vel electuarij indi maioris, quo hîc non vtimur, ℥ ß. Confectionis de baccis lauri ʒ iij. vel ℥ ß. sacchari rubri ℥ j. oleorum anethi, camomillæ rutæ an. ℥ j. fiat clyster.

Hisce clysteribus ad discutiendas ventositates oleum nucum salubriter imponitur, imò ex tali oleo fit clyster. Insuper vinum maluaticum, Galeno Cretense dictum cum tali prædicto clystere rectè miscetur.

Signa contentorum in intestinis flatuum, sunt frequentes crepitus, qui fiũt, quoties

quoties bullæ in inteſtinis rumpuntur. Fit autem bulla, vt docet Galenus particula ij. aphoriſ. Strangulati nondũ mortui, &c. ex aëre clauſo cum humore.

Clyſter ad dolores ſedandos.

Doloris ſedãdi gratia multifariam fit clyſter. Si cauſa ſit humor calidus erodens, exemplum prius datum eſt per frigida, vbi agebatur de clyſtere ad vacuandos humores. Si autẽ à cauſa frigida eſt dolor, ibidem etiam datum eſt: à ventoſitate datum eſt vltimum. Si ex pluribus cauſis fiat dolor, fiat clyſter ex multis, quæ obuiant iſtis cauſis. Verùm vbi doloris cauſa non ſatis conſtat, ſic fiat:

℞. florum camomillæ, meliloti, ſummitatum anethi, an. p. ij. fiat decoctio in lacte. In colatura diſſolue ſacchari albi, quia rubrum mordax eſt & ſtimulans, ℥ ſ. vitellos ouorum ij. olei anethi, camomillæ an. quart. ſ. fiat clyſter. vel ſic,

℞. olei camomillæ, anethi & violati an. ℥ iij. fiat iniectio per clyſterem. Vbi autem talibus oleis caremus, fiat ex oleo oliuarum ad quart. iij. vel lb. j.

Clyſter adſtringens.

℞. lactis vſtulati quartari. iij. vel lb. j.

amili siue amydi ℥ ſ. vel ℥ j. ad ſummum gummi arabici, vel tragacanthi vel amborum parùm vſtulatorum an. ʒ ſ. vel ʒ j. vel ʒ ij. boli armeni, ſanguinis draconis an. ʒ ij. olei roſati & camomillæ an. ℥ j. ſ. fiat clyſter.

Si verò calidus humor erodens in inteſtinis eſt, aduerſus eum talis clyſter fit.

℞. ſuccorum plantaginis, arnogloſſæ, cẽtinodiæ, portulacæ depuratorum (depurantur autem coctione aut reſidentia) omnium vel vnius horum quãtum ſufficit pro clyſtere, addendo de pulueribus prædictis: cum illis iiſdem oleis fiat clyſter.

Item vbi neceſsitas adeſt, tunc clyſteres fieri poſſunt ex decoctis illarum herbarum, vel ex aquis deſtillationis earundem, addendo aquam roſatam. vt,

℞. aquarum arnogloſſæ, plantaginis, roſarum, portulacæ, centinodiæ, quod ſufficit. diſſolue aliqua ex prædictis.

Notandum, quòd in prædictis decoctionibus quandoque adduntur ſemina & fructus ſtiptici, modò acetoſitate careant, quia tunc pungerent & irritarent. Poſſumus igitur immiſcere ſemẽ myrti

aceto-

acetosæ, portulacæ, plantaginis, ius cupressi, hipposelynõ, id est, caudam equinam, & similia.

Notãdum insuper olea nunquam imponenda clysteribus, si intestina vlcerata sint, vt in dysenteria vera: quamuis multi id negligant, ignorantes oleum esse vlceribus inimicum, vt tradit Galenus 3. & 4. methodi. Vinum autem esse maximè amicum. Adstringunt coagula leporis vel hœdi ad ℥ iij. sorborum, prunellorum, mespillorum, cydoniorũ an. ℥ ij. plus aut minus.

Clyster ad detergenda vlcera intestinorum.

℞ hordei integri p. ij. rosarum rubrarum, camomillę, si dolor adsit, plantaginis an. p. j. fiat decoctio. In colatura dissolue mellis rosati ℥ j. vitellum vnius oui vel duorum ouorum. fiat clyster.

Talis autem clyster dandus est semper ante adstringentes & consolidantes: cuius rei ratio in promptu est.

Clyster consolidans vlcera.

Clyster consolidans fit, vbi tunicę intestinorum non excernuntur, quia hoc est lethale, & ideo non est opus clystere, sed sufficiet prognosticum.

℞. ſucci plantaginis, arnogloſſæ, portulacæ an. ℥ iij. boli armeni, ſanguinis draconis, amili an. ʒ j.ſ. ſeui hircini vel caprini ʒ j vel ℥ j.ſ. vel ℥ ij. fiat clyſter. Quia verò ſeuum hircinum probè diſſolui non poteſt, ſed ferè ſemper concreſcit intra inteſtina ægrorum, ideo poteſt & debet diſſolui cum modico olei roſati, neque inde metus eſſe poteſt propter vlcera.

Item vnguenta conſolidantia, vt eſt vnguentum album, quandoque liquantur & miſcẽtur, maximè vbi vlcera ſunt vicina, vel in craſsioribus inteſtinis.

Ex lacte etiam loco ſuccorum probè fiunt clyſteres ob partem eius caſealem, quæ adſtringit & conſolidat. Nonnunquam & in his & in adſtringentibus clyſteribus vitelli ouorum ad duritiem coctorum diſſoluuntur.

V. De syrvpis.

Syrupus eſt medicamentorum ſuccus cum ſaccharo aut melle liquato decoctus, ad ipſius ſacchari menſuram. Hîc duplex ponitur à practicis: ſimplex, qui vſua-

vſualis dicitur : & compoſitus, qui appellatur magiſtralis.

Simplices ſiue vſuales ſunt, Syrupus roſatus, violatus, de endiuia, de nenuphare, capilli veneris, de abſinthio, de mentha, oxymel ſcilliticorum, ſyrupus de eupatorio, de epithymo & de bizantĳs. Dicuntur autem ſimplices, non tam quòd vno ſimplici medicamento conſtét, quàm quòd ad vnam ægritudinem & vnum vſum inſtituuntur.

Syrupus magiſtralis vocatur, qui cõpoſitus eſt ex varĳs medicinis reſpicientibus varias ægritudines. Verbi gratia, ſi quis componeret ſyrupum ex abſinthio & ſtœchade, ſumptis in æquali quantitate, reſultaret ſyrupus conueniens ſtomacho propter abſinthiũ, & capiti propter ſtœchadem.

Eſt autem ſyrupus vtilis in digerẽdis ante euacuationem humoribus, vt ſcilicet faciliùs & feliciùs pharmaco euacuatorio pareant. Ideo ſolent à multis medicis ante pharmaca dari, quamuis nuſquam legerimus id obſeruaſſe veteres, ſed omnem humorum coctionem naturæ commiſiſſe. Vide comment. aphoriſ.

9. lib. 2. Corpora cùm quiſpiam purgare voluerit, oportet fluida facere. Hoc autem volebat Hippocrates dicens, concocta medicari, atque mouere non cruda. Et Galenus ad Glauconem lib 1. de cura tertianæ nothę nō vult abſinthium dari ante diem ſeptimum.

Videntur ergo ſyrupi ſecundum veritatem deberi magis reliquijs humorum poſt pharmaca, quàm eorū coctioni. Verùm id obſeruant plures, vt humores craſsi lenti & viſcidi ſyrupis attenuantibus & incidentibus præparentur euacuationi (hoc enim vocant humores digerere) frigidi verò & adhærētes calidis & incidentibus & detergentibus præparentur ſyrupis. Vt ad materiam pituitoſam, qualis eſt in febre quotidiana digerendam & præparandam eductioni.

Syrupus digeſtiuus materiæ pituitoſæ.

℞ quinq; radicum aperitiuarū mundatarum & temperatarum in aceto per horas quatuor an. ℥ ſ. vel ʒ iij. vel corticum quinq; radicum, origani, calamenthi, hyſſopi, betonicæ, chamędryos, an. m. ſ. aniſi, fœniculi, an. ʒ ſ. paſſularum mundatarum ʒ iij. ſtœchados vtriuſque an. p j.

an.p.j. fiat decoctio. In colatura diſſolue mellis optimi quartaria iij ſacchari albi ℥ xiij fiat ſyrupus perfectè coctus. Capiat tria cochlearia cum duplo aquæ liquiritiæ, vel cum ptiſana, vel cum aqua paſſularum, vel aniſi.

Ad tenues & mobiles humores ſyrupus.

Tenues & mobiles humores euacuationi præparãtur quibuſdam incraſſantibus & motum cohibentibus: qui ſi ferantur ad vias expulſionis, vel in vijs & ductibus, per quos excretio eorum aptè fieri poteſt, contineãtur, ſine aliqua præparatione vacuandi ſunt. Si verò extra hæc loca contineantur, frigidis ſyrupis æquabuntur, quorum formula ſequitur.

Syrupus ad incraſſandos humores.

♃. ſyrupi de portulaca, acetoſæ, endiuiæ, nenupharis, de ribes, de berberis, de agreſta, cydoniorum, roſarum, vnius vel plurium ℥ vj. vtatur cũ duplo aquæ fontis coctæ.

Fiet etiam commodè forma iulep in hunc modum.

♃. ſyruporum roſarum, portulacæ, & acetoſæ an ℥ j. ſ. vel ℥ ij. aquarum

rosarum, arnoglossæ, cichorij, vel endiuiæ, vel portulacæ, vel acetosæ, an. ℥ ij. aquæ coctæ vel vstulatæ, maximè si adsit alui fluor, ℥ vj. fiat iulep clarificatum & aromatizatum cum ʒ ij. cinamomi electi.

Canon.

Porrò si hi humores fluorem alui non fecerint, sed accensi febrem committãt, tunc nec syrupis stipticis, nec aquis vtendum erit, sed potiùs frigidis stipticitate carentibus, vt sunt syrupi endiuiæ, portulacæ, violarum, nymphææ, capilli veneris.

Si verò putemus extinctionem maiorem esse debere, vt arceatur feliciùs putredinis materia, vtemur syrupis acetosis frigidis, vt sunt syrupus acetosus simplex, qui in vtraque causa, tam calida quàm frigida exhibetur, etiam oxyzaccharum simplex, syrupus de acetositate citri & de limonibus.

Quòd si adsit fluor diarrhϾ, à talibus humoribus calidis excitatus, syrupi acetosi non ministrantur, quia excoriant. Attamen syrupus de ribes, de berberis, cydoniorum, de succo acetosæ conceduntur,

duntur, quia mediocrem habent acetositatem.

Ad humores calidos fiunt apozemata, vel syrupi magistrales in hunc modum.

℞ endiuiæ nouellæ non lotę, adianti, capilli Veneris, cichorij, portulacæ, lactucæ, semperuiuæ, scariolæ, plantaginis, omnium, vel aliquorum duorũ vel trium, an. m. ij. quatuor seminum frigidorum maiorum an. ʒ iij radicis cichorij, radicis acetosæ, graminis solatri an. ℥ ſ. vel ʒ iij fiat decoctio. Cui addi possunt succi aliquarum herbarum pręscriptarum depurati ad sesquialteram vel sesquitertiam partẽ decoctionis. In lib. j. colaturæ dissolue sacchari tabarzet ℥ vj. vini malorum granatorum ℥ j. ſ. vel aceti ℥ ſ. fiat apozema clarificatum & aromatizatum cum ℈ ij. santali albi, vel rubri, vel amborum an. ℈ j.

Quòd si syrupum perfectæ coctionis facere velis, adde plus sacchari, & iube decoqui ad perfectionem, vt seruari possit: cuius vsus erit cum duplo alicuius liquoris, vt aqua cocta, aqua liquiritię, vel aqua aliqua herbarum prædictarum de-

ſtillata. Deſtillatarum tamen aquarum vſum non multùm probo.

Quòd ſi apozema non perfectè coctum ſit, vt in primo exemplo factum eſt, per ſe erit dandum & ſine alterius rei adminiſtratione, nec ſucci erunt adijciendi, qui tantùm in apozemate perfectè cocto debent adijci.

Similes formæ fieri poſſunt ex ſyrupis æquantibus ſiue digeſtiuis materiæ frigidæ.

Syrupus ad humores melancholicos.

Syrupus de epithymo, ſyrupus de fumoterræ, qui duobus modis conficitur. Vno modo ex ſolo decocto vel ſucco fumiterræ, & tunc vocatur ſyrupus de fumoterræ ſimplex.

Altero modo ſecundum deſcriptioné Meſue, & talis recipit myrobalanos, caſſiam, & multa alia, qui compoſitus nominatur. Syrupus de bugloſſa, ſyrupus de borragine, ſyrupus de ſcolopendria, qui aperit & ſoluit obſtructiones lienis, ſyrupus violatus, qui potenter humectat.

Simplices medicinæ, quibus componuntur ſyrupi iſti, ſunt hæ, borrago, bugloſſa,

lossa, fumusterræ, lupulus, epithymũ, & similia, quæ coctionem talis humoris respiciunt.

Ex prædictis possunt fieri syrupi, apozemata, iulep, decocta ad has intentiones assequendas.

Frequenter autem fiunt syrupi laxatiui pro expurgatione pituitosæ materię & spuriæ, simul & atribilariæ, quando morbi ex illis excitati diuturniores sunt partim ad coctionem crudorum, & partim ad excretionem putrium, aut semiputrium, vt in longis febribus.

Syrupus laxatiuus ad materiam pituitosam & febres nothas.

℞. radicum apij, fœniculi, petroselini mundatarum, an. ℥ iij. hyssopi, origani, calamenthi an. m. ß. seminis carthami ʒ j. polypodij quercini recentis ʒ ij. anisi, fœniculi, anethi an. ℥ j. ß. liquiritiæ rasę ʒ iij. passularum mundatarum ʒ ß. trium florum cordialium an. p. j. fiat decoctio colata ad lb. j. vel lb. j. ß. In qua infunde agarici recenter trochiscati ʒ j. ß. folliculorum senæ mundatorum ʒ ij. post decem horas fiat colatura, fortiter exprimendo. Cui adde syrupi violati,

ſyrupi de byzantijs, & ſacchari albi an. ℥ iiij. fiat ſyrupus perfectè coctus & aromatizatus cum ʒ j. cinnamomi electi & cum ſcrupulo vno xyloaloës. Doſis huius ſyrupi ex ratione ingredientium poteſt eſſe ℥ j. ſ. quę quarto aut quinto quoque die cum duplo hydromelitis, id eſt aquæ mulſæ, vel alterius decocti exhiberi poterit.

Conſimili ratione poterunt laxatiui præſentem ſyrupum ingredientia augeri, vel minui, pro ratione quantitatis ſyrupi conficiendi. Nam præſens ſyrupus pro ſex, ſeptem, vel pluribus doſibus inſtituitur. Poſſet ergo fieri ſeruata ratione proportionis pro vna, duab⁹, aut tribus, pluribúſve doſibus.

Haud diſsimili ratione fit ſyrupus laxatiuus pro materia bilioſa ſpuria, vtpote vitellina, quæ febres difficilis eradicationis committit.

Syrupus laxatiuus ad materiam bilioſam ſpuriam.

℞. radicum apij, fœniculi mundatarum & in aceto temperatarum per vnā noctem an. ℥ ſ. hyſſopi, capilli veneris, adianti polytrichi, ſcolopendriæ, endi-

uiæ,

siæ, cichoreæ an. m. ſ. vel m. j. quatuor
eminum frigidorum maiorũ conquaſ-
atorum an. ʒ ij. vel ʒ iij anisi, liquiritiæ
aſæ an. ʒ iij. paſſularum mundatarum
ſ. trium florum cordialium an. p. j. fiat
ecoctio, in qua infundè agarici recen-
r trochiſcati ʒ vj. foliculorum ſenę
undatorum ℥ j. in colatura diſſolue ſy
pi capilli veneris & violati an. ℥. iij.
cchari albi ℥ iiij. fiat ſyrupus perfectè
ctus ponendo in fine expreſsionem ℥
rheubarbari electi infuſi vt decet, quæ
preſsio coquatur lentiſsimo igni ſine
mma & fumo vſque ad perfectionem
ctionis. Doſis eſt ℥ ij. vel ℥ j. ſ. cum du-
o decocti endiuiæ & cichorij vel liqui-
tiæ, vel cum duplo ſeri lactis caprini.
rupus iſte eſt pro quinque aut ſex do-
bus.

Quòd ſi prima doſis non ſatisfaceret
tentioni, aliquid diſſolui poteſt, quod
idem poteſtatem habeat excernendi
morem quem volumus educere. vt
tia exempli,

℞. ſyrupi prædicti ℥ j. ſ. ſeri lactis ca-
ni ℥ iij. fiat doſis: & ſi inde non ſequa-
r expectatus effectus, addam vel caſsiæ

fiſtulæ ℥ ſ. vel diaprunis laxatiui ʒ j. ve
ʒ ij. vel diaphœnici ʒ j. ſ. vel etiã aliqui
rhabarbari. Idem efficiendum erit i
exemplo ſyrupi facti pro pituita euacu
anda.

Syrupus ad atram bilem.

℞. ſuccorum lupuli, fumiterræ, ſed a
marum eſt, bugloſſę, borraginis, pomo
rum dulcium depuratorum an. ℥ iij
vel ℥ ij. (Depurantur autem dupliciter
vel per decoctionem & clarificationem
vel per reſidentiam) Polypodij quercin
recentis ℥ ij. vel ℥ iij. tamarindorum pin
guium ℥ j. epithymi Cretẽſis poſiti in fi-
ne decoctionis ℥ ij. ſcolopendriæ, adian-
ti, trium cordialium an. p. j. fiat deco-
ctio colata ad quartaria tria, in qua in-
funde foliculorum ſenæ mundatorum
℥ iij. fiat expreſsio quæ miſceatur cum
prædictis ſuccis. Poſtea addantur ſyru-
pi violati ℥ vj. Syrupi de bugloſſa, ſac-
chari tabarzet an. ℥ iiij. Fiat ſyrupus per-
fectè coctus & aromatizatus cum ʒ j.
Cinamomi & ℈ j. zinziberis albi & ra-
ſi. Doſis ℥ ij. cum aqua bugloſſæ, vel lu-
puli, vel fumiterræ, vel ſero lactis.

VI. DE

VI. De iulep.

IVlep non multùm differt à ſyrupo, niſi quòd leuiùs coquitur quàm ſyrup⁹, & quòd fiat abſque permixtione alicuius decoctionis quemadmodum ſyrupus fieri cõſueuit. Siquidẽ fit vel ex aqua infuſionis aut deſtillationis, vel ex ſucco alicuius ſimplicis medicamenti. vt,

℞. aquæ infuſionis roſarum, vel aquæ infuſionis violarũ ℥ v. ſacchari ℥ iiij. coque cum facilitate, & fiat iulep, vtatur cũ duplo vel triplo aquæ coctæ refrigeratæ. Vel ſic,

℞. aquæ roſarum ℥ viij. ſacchari ℥ iiij. Coque cum facilitate. fiat iulep. vel ſic,

℞. ſucci roſarum vel ſucci violarum ℥ iij. ſacchari ℥ iiij. Coque cum facilitate. fiat iulep.

Similiter ex alijs rebus vel calefacientibus, vel aperientibus, vel adſtringentibus fieri poterunt Iulep. Medici tamen vulgò appellant Iulep, ſyrupum diſſolutum cum aqua cocta, dicentes,

℞. ſyrupi roſati, vel ſyrupi violati, vel ſyrupi capilli ven. vel alterius ℥ iij. aquæ coctæ lb. ſ. miſce. fiat Iulep.

VII. De dosi sive potv.

DOsis siue potus, est medicina laxati-ua dissoluta cum aliquo liquore & data in potu. Sunt autem eius plures dif-ferentiæ pro diuersitate humorum va-cuandorum.

Pharmaca simplicia educentia pitui-tam sunt, Agaricum, Turbith, Cartha-mus, Colocynthis, & alia ex Mesue re-quirenda.

Composita sunt, Diaphenicon in for-ma opiatæ, Diacarthami in forma lozen-giarum, Electuarium de citro, Electua-rium Indum maius & minus, Benedicta, Hiera simplex, Hiera composita, & simi-lia. Hæc tamen composita sunt, vt vni-cum & singularem humorem non va-cuent, sed mixtũ cum alio humore, puta bile flaua vel atra.

Dantur autem pharmaca sub diuersis formis: In forma potabili pro vnica dosi seu vice vna: in forma boli, vt dicemus postea: in forma electuarij liquidi, vt o-piatæ, solidi, vt lozengiæ: sub forma sy-ruporum, vel apozematis: sub forma e-tiam pulueris & pilularum.

Form

Forma potus.

℞.diaphenici ℥ ſ. vel ʒ vj. ſi robuſtior ſit æger, diſſolue cum aqua decoctionis liquiritiæ, paſſularum & aniſi quantum ſufficit: fiat doſis, cum ſyrupi violati ʒ vj. vel ℥ j. vel diſſolue cum colatura communi, & fiat doſis, vel diſſolue cum hydromelite, vel diſſolue cum quibuſdam aquis deſtillatis, vt aqua lupulorum, bugloſſæ, cichorij, & ſimilibus: vel diſſolue cum decocto ſiue brodio pulli, vel cum ſero lactis. vel ſic,

℞. trium florum cordialium an. p. j. prunorum Damaſcenorum, iuiubarũ, ſebeſten an. quatuor nu. liquiritiæ raſæ ℥ j. ſ. aniſi ʒ j. fiat decoctio colata pro vna doſi. In qua diſſolue diaphenici ℥ ſ. vel ʒ vj. ſyrupi violati ℥ j. fiat doſis.

Si aliud electuarium laxatiuum addere velis, ſubtraham de quantitate vnius, & alterius quantitas cõſimilis addetur, vt ſi dixero, diaphenici & diacarthami an. ʒ iij.

Formula potus ſeu doſis, cuius decoctio recipit quædam pituitam vacuantia.

℞. paſſularum mundatarum ℥ ſ. ſeminis carthami, polypodij quercini an. ℥ ſ.

vel ℥ vj. anisi, fœniculi, liquiritiæ rasæ an. ℥ j.ſ. foliorum hyssopi ℥ j. Fiat decoctio, in qua infunde agarici recenter trochiscati ℥ j. vel ℈. iiij. vel ℥ j.ſ. In colatura dissolue diacarthami, vel diaphenici, vel benedictæ ℥ iij. vel ℥ ſ. syrupi violati ℥ j. Fiat dosis.

Ad choleram euacuandam simplicia.

Choleram euacuant succus rosarum, Violæ, Tamarindi, Manna, Diagredion, id est, scammonea præparata, Psilium, Rhabarbarum, Myrobalani.

Casſia fiſtula purgat tam choleram quàm pituitam.

Tenuem choleram & aquã citrinam educunt succus rosæ & ireos.

Composita autem sunt, electuarium de succo rosarũ, Diaprunis laxatiuum, Diaprunis simplex, Trochisci de violis quirarò sunt in vsu.

Formula potus soluentis bilem.

℞. tamarindorũ pinguiũ ℥ j. triũ florum cordialiũ an. p. ſ. liquiritiæ rasæ ℥ j.ſ. prunorũ Damascenorũ sex num. Fiat decoctio in parua quãtitate aquę, in qua exprimantur fortiter tamarindi. In colatura dissolue casſiæ fiſtulę recentis ℥ j. vel ℥ . Fiat dosis.

In simili colatura dissoluere potes ℥ ſ. vel ʒ vj. diaprunis simplicis cum ʒ j. ſ. vel ʒ ij. diaprunis laxatiui.

Si verò timeatur nocumētum ex diagredio, & æger diues sit, loco diaprunis laxatiui expreſsio ʒ j. vel ℈ iiij. vel ʒ j. ſ. rhab.

Aduerte quòd talis potio valet in febribus cholericis, & in his febrib. in quibus timetur phrenitis, valentiſsima est. Nam ab ea præstatur auersio simul & refrigeratio.

Loco præsentis decoctionis seu colaturæ possunt dissolui medicinæ laxatiuę in colatura communi, vel cum aqua fructuū, vel cum hydromelite, vel cū aquis destillatis, vel endiuiæ, cichorij, lupulorum, vel cū brodio pulli, vel sero lactis.

Formula dosis communis in principio febrium biliosarum, præsertim tertianarum.

℞ passularum mundatarū ʒ iij. liquiritię rasę, anisi an. ʒ j prunorum Damascenorum 6. nu. tamarindorū ℥ ſ. trium florum cordialium cichorij, endiuię nobillæ an m. j. Fiat decoctio colata pro vna dosi in qua dissolue casſię fistulę recē. ℥ j. vel ʒ vj. expreſsionē ʒ j. vel ℈ iiij.

vel ʒ j. ſ. rheubarbari electi infuſi vt de-
cet, ſyrupi violati ℥ ſ. vel ℥ j. fiat doſis. De
tur manè ante prandium per quinqu
aut ſex horas in die minoris afflictionis
Si cholera mixta eſt cum phlegmate
pro ratione mixtionis fiet mixtio ſol
uentium bilem cum ſoluentibus pitui
tam.
Spica nardi, quę ſolet ſemper cũ rheu
barbaro iungi, ingrata eſt ventriculo
Item potẽter ſoluit oppilationes, vt qua
vomitum ciet, & in mulierib⁹ prægnan
tibus menſes fortiter prouocet. Quar
putant nonnulli, eam non debere miſce
ri rheubarbaro in medicinis prægnan
tium, vel eorum, qui proni ſunt ad vo
mendum. Ob id ſi miſcenda ſit, ſufficiũ
grana tria vel quatuor pro ʒ j. rheubar
bari.
Doſis ſub forma ſyrupi pro delicatis.
Delicatis, qui ab omnibus medicini
abhorrẽt, ſit doſis ſub forma ſyrupi pr
duabus aut tribus vicibus, aut etiã pr
vnica doſi hoc pacto, præſertim ad tert
anam exquiſitam.
℞. endiuiæ nouellæ, cichorij an. m.
trium florum cordialium an. p. ſ. liqu
ritia

itiæ rasæ ℥ j. ſ. prunorum Damaſceno-um ſex numero, tamarindorum pin-uium ℥ vj. aniſi ʒ ſ. fiat decoctio collata d ℥ iij. Vel dicere potes: Fiat decoctio p na doſi. In qua diſſolue ſyrupi violati endiuię an. ʒ vj. vel ℥ ſ. ſacchari albi ℥ j. preſsionem ʒ ij. rheubarbari electi in-ſi vt decet ſine ſpica: fiat ſyrupus lon-us, id eſt, quaſi ſub forma apozematis, ctus ſupra prunas ſine fumo, longo mpore, fortiter exprimendo rheubar-rum in pecia panni linei ligatum. Cla ic. Aromatizet. fiat doſis ℥ j. ſ. multi-icatur pro duabus aut tribus doſibus nnium ſeruata proportione

Quòd ſi ſyrupum vis facere diu con-ruandum, decoque ad perfectionem, ex illo ſyrupo dabitur ℥ j. ſ. vel ℥ ij. cum o lactis, vel decocto ſeruiẽte tuo pro-ſito.

Etiam addi poteſt aliquid ſenę in in-ione, præcipuè ſi choleram aduſtam dominari putaueris, vel ſi pleniorẽ fectum medicinæ deſideras.

oſis ad febres nothas, præſertim tertianas.

℞. endiuiæ nouellæ, cichorij, adianti, lopendriæ an. m. j. quatuor ſeminum

frigidorum maiorũ an. ʒ iij. ſeminis ca-
thami ℥ j. ſ. polypodij quercini ℥ ij. tama-
rindorum pinguium ℥ j. ſ. ſeminis endi-
uiæ, ſcariolæ, liquiritiæ raſæ an. ʒ ij paſ-
ſularum mundatarum ʒ p. prunorum
Damaſcenorum, duodecim num. trium
florum cordialiũ an. p. j. fiat decoctio ad
℔. j. vel ℥ viij. In qua infunde foliorum
ſenæ mundatorum ℥ j. ſ. agarici recente
trochiſcati ℥ j. In expreſsione colata diſ-
ſolue ſyrupi violati & capilli veneris an.
℥ iij. ſacchari albi ℥ ij. fiat ſyrupus coctus
ſupra lentum ignem ſine fumo, ponen-
do expreſsionem ʒ vj. rheubarbari ele-
cti infuſi vt decet, fiat ſyrupus perfecte
coctus & aromatizatus cum ʒ ſ. cinam-
mi & ℈ ij. ſantali rubri: reſeruetur in va-
ſe terreo aut vitreo.

Doſis prædicti ſyrupi erit quarta pars
illius, puta ℥ ij. quæ diſſolui poterũt cum
ſero lactis caprini, vel aqua decoctioni
communis colaturæ, vel cum aquis de-
coctionis vel deſtillationis cichorij aut
endiuiæ. Ego tamen Gorræus aquas de-
ſtillatas non probo.

Quòd ſi prædicta doſis aluũ ſufficien-
ter nõ ſubduxerit, ſecundæ doſi cõmode
add

iddi poterit infusio ℈ ij. aut ʒ j. rheubar-
bari electi, vel aliquid diaprunis laxati-
ui, vel electuarij de succo rosarum: ex-
empli gratia.

℞. prædicti syr. ℥ ij. expresʃionem ℈ ij.
rheubarbari electi, vel diaprunis laxati-
ui ʒ j. ſ. vel ʒ ij. seri lactis ℥ ij. vel quãtum
sufficit. Fiat dosis.

Aduertendum, quòd prædictus syru-
pus potiùs exhiberi debet in tertianis no-
this, quàm exquisitis & legitimis, quòd
quæ sunt paucorum paroxysmorũ & bre-
ui tempore finiuntur, illæ verò longæ &
plurimorum paroxysmorum, adeò vt
ab vno æquinoctio ad alterum vsque non-
nunquam protendantur. Ad hæc tertia-
næ puræ ex bile sincerè fiunt, nothæ ve-
rò ex spuria sunt cholera.

Hinc carthamus & agaricum vacuan-
tia pituitam, foliculi senæ vacuantes a-
tram bilem in prædicto syrupo, simul cũ
rheubarbaro vacuante choleram, ingre-
diuntur, quò materia nothas febres fa-
ciens, ex longis interuallis euacuetur.

Nõ ergo quoque die, vel tertio vel quar-
to quoque die, sed plurib. intermisʃis die-
bus dosis vna exhiberi debet, cõformiter

ad doctrinam Auicennæ de cura tertianarum notharum.

Ad melancholicum humorem educendum simplicia.

Atram bilem euacuãt lupulus, fumus terræ, epithymus Cretẽsis. Polypodium quercinum, foliculi senæ, lapis lazuli, myrobalani nigri seu indi, lapis armenus, helleborum nigrum, & mille alia, ex Mesue petenda.

Composita autem atram bilem euacuantia sunt, catholicon seu diacatholicon, diasenæ, catharticon imperiale, hiera ruffi, confectio hamech, pilulæ de fumoterræ, pilulæ de lapide lazuli, pilulæ de quinque generibus myrobalanorum, de epithymo, de helleboro, pilulæ, quarum dosis est ʒ j.

Aliĳs autem compositis medicinis rarò possumus vti ob amarorem quo gustum afficiunt: omnia enim electuaria, excepto catholico, sunt mali gustus, & ob id sub forma potabili conficiuntur.

Formulæ dosis ad atram bilem.

℞. fumiterræ, summitatum lupuli an. m. j. ß. trium florum cordialium an. p. j. passularum mũdatarum ʒ iĳ. vel ℥ ß. polypodĳ

lypodij quercini recentis ℥ iij. cuſcutæ, epithymi Cretenſis an. ℥ iij. aniſi, liquiritiæ raſæ an. ℥ j. ſ. fiat decoctio, in qua infunde foliculorum ſenæ mūdatorum ℥ ij. vel ℥ iij. in expreſsione colata diſſolue diacatholici ℥ j. vel ℥ x. ſyrupi violati ℥ j. fiat doſis.

Hîc ſyrupus violatus & flores cordiales miſcentur, vt ſiccitas ſenæ & epithymi contemperetur. Si verò exquiſitiùs atram bilem purgare volumus, ponemus hieram ruffi, cuius doſis eſt ℥ ſ. in qua helleborum ingreditur, qui in vſu apud Pariſienſes non eſt, vel cōfectionis hamech ℥ ſ. quæ amariſsima eſt ob copiam colocynthidos.

Aduerte quòd medicinæ ſoluentes atram bilē vtiliter diſſoluuntur cum ſero lactis caprini, vel cum aqua decoctionis vel infuſionis prædictarum rerum ingredientium doſim præſcriptam. vt exempli gratia,

℞. omnia illa vel partem bonā eorum quæ in præcedente doſi ſcripta ſunt, poſtea dices, fiat decoctio in ſero lactis caprini, & in colatura infunde foliculorū ſenæ, &c. & cum aliquibus prædictis ele-

ctuariis confice dosim pro natura & robore ægri. vel sic,

℞. foliculorum senæ mundatorum ℥ iij. infundantur in sero lactis caprini per noctem, & in expressione colata dissolue catholici ʒ j. vel ℈ x. vel ʒ j. ß. fiat potus.

Nota quòd epithymus sustinet decoctionem, ob id possumus sic scribere,

℞. epithymi Cretensis ʒ j. bulliat cum sero lactis caprini, postea coletur & exprimatur fortiter cũ ʒ j. syrupi violati. fiat dosis: quæ si parum sufficiens videatur, adde aliquid catholici.

Hanc potionem consulit Galenus 13. therapeutices, qua putat cancros & omnes morbos melancholicos pręcaueri, sed quatuor drachmas solùm ponit, quę nullum præstant effectum, quia bonum epithymum, vt puto, nõ habemus, quare ponatur ʒ j. pro quantitate, quò fiat commodior executio illius.

Hanc sententiã sequuntur omnes authores, qui in suis libris practicis seu epitomis ad elephantiam, quam vulgò lepram vocant, huius meminerunt, & ad curam elephantiasis iam factæ.

De gallo decrepito.

Ad

Ad morbos tũ ex atra bile, tũ ex pituita genitos plurimum valere galli decrepiti decoctum plerique arbitrantur. Præcipuus vsus illius est ad colicos dolores ex causa pituitosa & partim flatuosa. Itẽ, & ad morbos pectorales, puta spirandi difficultatem, item ad morbos articularios ex frigida materia subortos. Paratur autem ad colicã partim pituitosam, partim ventosam, hunc in modum.

℞. hyssopi, calamenthi an. m. j. passularum mũdatarum ℥ j. ß. anisi, fœniculi, carui an. ʒ vj seminis carthami ℥ ij. polypodij quercini recentis ℥ j. ß. trium florum cordialium an. p. j. florum camomillæ p. ß. fiat decoctio, ponendo omnia in ventre galli decrepiti præparati vt decet, infusis in fine decoctionis foliorum senæ mundatorum ℥ ij. ß. agarici recenter trochiscati ʒ x. fiat colatura ad libras ij. quæ reseruetur.

Item ℞. prædictæ decoctionis ℥ iiij. syrupi violati ℥ j. ß fiat dosis.

Notandum, quòd si robustior fuerit æger vel contumax, solutioni aliquid diaphenici adijci potest, vt ʒ j. ß. vel ʒ ij. vel tantundem benedictæ.

Aduerte etiam, quòd agaricum ſuſpectum eſt colicis, vt plerique arbitrantur, tum quòd ſi per clyſteres ſubſtantia eius inijciatur, ſuæ ſubſtantiæ lęuitate inteſtinis adhærés ea pungit & ſtimulat, fluxionemq́; ad ipſa excitat, ac deſiderium deſidendi frequens parit, tum quòd virtutem habet è longinquis partibus attrahendi humores, & ob id Democritus medicinam familiæ, vt teſtis eſt Meſue, vocauit.

Non rectè igitur dolore affectis inteſtinis adhibetur, quia fluxioné alioqui prohibendam efficit. Quare conſulo in talibus caſib. auferendũ eſſe agaricum.

Inſuper aduertẽdum, quòd camomilla aptè his decoctis imponitur: etſi enim inſolens ſit apud medicos illius vſus, certum tamen eſt illius ſolius decoctum in iuſculo cappi vel pulli omnibus internis doloribus valentiſsimum eſſe, præſertim colicis & nephriticis, vt multi cum ſua ſalute experti ſunt.

Aqua deſtillationis camomillę ad eoſdem vſus exhibetur, valentius tamen eſt decoctũ, quàm deſtillatio. Amaror decoctionis mitigari poteſt ſaccharo pro delicatioribus.

Decoctum galli etiam ad morbos pectoris & dyspnœas cōuenienter exhibetur, medicinis pectoralibus cum ipso decoctis vt,

♃. hyssopi, enulæ campanæ an. m. j. partem tertiam, satureiæ m. j quartam partem, vngulæ caballinæ m. j. seminis carthami, polypodij quercini recētis an. ℥ ij. anisi, liquiritiæ rasæ an. ℥ ſ. radicis ireos, radicis enulæ an. ʒ iij. vel ℥ ſ. ficuū pinguium nō rancidarum, quatuor vel sex numero, dactylorū pinguium mundatorum à pelliculis iiij. numero, iuiubarum sebesten an. xij numero, passularum mundatarum ℥ j. ſ. trium florum cordialium an. p. j. fiat decoctio in ventre galli decrepiti venati & præparati vt decet, ponendo in fine de agarico & de foliculis senæ, quantum proposito conuenire videbitur.

Sed nota quando agaricum in hoc casu commodè imponitur, fiunt & ad omnes superfluitates medicinæ sub alijs formis, vtpote sub forma electuarij liquidi, id est, ad formam opiatæ, vel solidi, id est, ad formam electuarij per lozengas siue tabulas.

VIII. De bolo.

BOlus eſt medicina laxatiua in forma mediocriter ſolida, quæ per fruſtula deuoratur.

Paratur ex rebus varijs pro ratione humoris vacuandi, ſed modus conficiendi ſimpliciſsimus eſt ex medulla caſsiæ fiſtulæ, hunc in modum,

℞. medullæ caſsiæ fiſtulæ, recenter extractæ à canna pingui ℥ vj. vel ℥ j. ſacchari quantum ſufficit. fiat bolus.

Si verò timetur nocumentum ex caſſia, vt dolor vehemens inteſtinorum, à quo nonnunquam ſyncope excitetur, vt quibuſdam inteſtina debilia habentibus, talibus nõ eſt exhibenda caſsia, nec per bolum, nec per clyſteres. Ob id æger interrogandus eſt quomodo ex caſsia ſe habeat, ante eius exhibitionem Putant verò nonnulli authores hoc nocumentum à caſsia remoueri, ſi aliquid addatur granorum berberis, vel ſacchari roſati, putantes ex ſtipticitate eorum ventrem & inteſtina roborari, impedirique dolorem, quem facit caſsia ſuo lentore & remollitione. Alij aliquid laxatiuum

miſcent

miſcent cum caſsia, quòd tarditatem ſo-
utionis acceleret, & vt citiùs elabatur &
leſcendat. Primi ſic bolos inſtituunt, &
tiles ſunt morbis renum.

℞. medullæ caſsiæ fiſtulæ recenter ex-
ractæ ℥ j. vel ʒ x. granorum berberis ℈
. cum ſaccharo roſato: fiat bolus. Alij ad-
ciunt ℈ ij. aut ʒ j. aut ʒ ij. diaprunis la-
atiui, vel electuarij de ſucco roſarum.
t exempli gratia,

℞. medullæ caſsiæ fiſtulæ recenter ex-
ractæ ʒ vj. diaprunis laxatiui ʒ ij. ſac-
hari roſati tabulati quantum ſufficit.
at bolus.

Notandum eſt, quòd nonnulli ob ven
oſitates, quas parit in inteſtinis, addunt
um bolo caſsiæ aliquid pulueris aniſi,
rectè, vt ℈ j. vel ʒ ſ.

Formula boli bilem educentis.

℞. caſsiæ fiſtulæ recenter extractæ à
nna pingui ʒ vj. vel ℥ j. pulpæ tama-
ndorum pinguium ʒ j ſ. rheubarbari
ecti ʒ ſ. vel ℈ ij. vel ʒ j. ſacchari quan-
um ſufficit: fiat bolus. Si verò pauper
t, loco rheubarbari fit bolus cum ℥ ſ.
el ʒ vj. caſsiæ & ʒ ij. diaprunis laxatiui,
cum ſaccharo.

Formula boli ad atram bilem.

℞ catholici ℥ j. vel ʒ x. cum saccharo albo, fiat bolus. vel,

℞. catholici ℥ ß. vel ʒ vj. confectionis hamech ʒ j. vel ʒ j. ß. cum saccharo. fiat bolus.

IX. De pilvlis.

Pilulæ dantur ad euacuationem cuiuscunque humoris. Ad pituitam quidem prędominantem seu choleram notham.

Pilulæ aggregatiuæ maiores, secũdum descriptionem Mesue,

De agarico.
De rheubarbaro.
Stomachicæ.
De hiera simplici.
De hiera composita, quæ caput respiciunt.
Coccię, quę dicta sunt à granis cocci, non à capite, vt putant.
Aureæ,
Elephanginæ,
Sine quibus,
De hermodactylis, maior, & minor,

Fœtidæ,

Fœtidæ, maior, & minor,
De ſerapino,
De ſarcocolla.

Verùm poſtrema hæc quatuor pilularum genera magis corruptis & fœtidis humoribus accommodantur. Sic & arthreticæ maiores & minores, illæ quidem, quando pituita, hæ verò quando cholera articularijs morbis dominatur, quo modo & pilulæ de hermodactylis maiores & minores dedicantur.

Pilulæ ad choleram puram mille repe riuntur, quæ eam ſolã vacuant, ſed nonnullæ eam magis reſpiciunt quæ ſpuria eſt vel multùm mixta cum pituita. vt,

Pilulæ de rheubarbaro,
De hiera ſimplici,
Aggregatiuæ,
De agarico,
Ante cibum,
Imperiales.

Doſis pilularum ferè maxima eſt ad ʒ ſ. ex qua formãtur pilulæ nouem cum aliquo ſyrupo conuenienti, vt ſyrupo endiuiæ, ſyrupo capilli veneris, ſyrupo ſtœchados, vel etiam cum oxymelite aut hydromelite, aut cum ſucco aliquo.

X. De apozemate.

APozema eſt decoctio medicamentorũ leniter facta ad humorum concoctionem ſiue præparationem, & interdum ad euacuationem.

Variè fieri poteſt & ad diuerſas intentiones, vt ad calefaciendum, refrigerandum, humectandum, ſiccandum, aperiendum, adſtringendum, attenuandũ, incraſſandum, prouocandos menſes, & vrinas ex medicamentis proprijs & conuenientibus, & ex eorum radicibus, folijs, fructibus, ſeminibus, prout propoſito tuo videbitur expedire. In ſumma, nõ differunt apozemata à ſyrupis, niſi concoctione, quæ in ſyrupis fieri ſolet longa & ad perfectionẽ, in apozematis autem lenis. Itaq; ſyrupi diutiùs reſeruari poſſunt, ſed apozemata paucis tantũ dieb⁹.

Formula apozematis ad humorem bilioſum.

℞. cichorij, endiuiæ, cuſcutæ, adianti an. m. ſ. radicum acetoſæ graminis an. ℥ ſ. quatuor ſeminum frigidorum maiorum mũdatorum an. ʒ j. trium florum cordialiũ an p. j. fiat decoctio ad lb. ſ. In cola-

colatura dissolue syrupi violati, vel syrupi acetosi, vel syrupi de limonibus, vel etiã sacchari albissimi ℥ iij. fiat apozema clarificatum & aromatizatum cum ℈ ij. vel ʒ j cinamomi electi pro duabus dosibus. Similiter fieri possunt apozemata ad alios humores, quorum materia petenda est ex capite de syrupis.

Nota quòd in confectione apozematum satis est pro ℥ ij. vel ad summum pro ℥ iij. decoctionis addere sacchari vel syrupi ℥ j.

Possunt etiam fieri apozemata laxatiua, sicut & syrupi, addendo laxatiua in ipsa decoctione, vel infundendo ea post decoctionem factã: vide exempla suprà capite de syrupis. Sunt enim illis similia, eo tantùm excepto, vt diximus, quòd apozemata post dissolutionem sacchari vel syrupi vlterius coqui non debent.

XI. De mvlsione.

MVlsio, ex seminibus mundatis, vel fructibus, vel vtrisque fit nonnunquam ob sitim extinguẽdam, & pectoris pulmonisq; inflammationes, & ad mor-

bos renum aut vesicæ, vel in ischuria, i. vrinæ retentione, stranguria, id est, vrinæ stillicidio, vel ardoribus.

Formula mulsionis.

♃. quatuor seminum frigidorum maiorum recentium & mundatorum an. ʒ iij. vel ℥ ſ. amygdalarum dulcium excorticatarum in aqua frigida ℥ j. terantur omnia in mortario lapideo, cum aqua fontis priùs cocta, & fiat colatura ad lb. j. quæ in vase vitreo seruetur.

Præcedens emulsio valet ad vrinæ ardores siue stranguriаs, si manè exhibentur ℥ iiij. vel vj. ante prãdiolum per tres vel quatuor horas. Item ante cœnã per duas aut tres horas.

Eadem quantitas vel paulò minor exhiberi potest præmissa lozenga vna diatragacanthi frigidi, in quo prædicta semina & gummi & multa alia ingrediuntur. Quòd si in prædictis causis infrigidatione maiori opus esse putemus, semen portulacæ, lactucæ, pauperis albi mulsioni misceatur.

In causis verò pectoris pineę recentes nõ rancidæ addantur amygdalis dulcibus & ficubus recentibus, mox exhibita lozen-

lozenga vna electuarij diairis simplicis vel diairis Salomonis.

Etiam prædictæ mulsioni commodè misceatur aliqua quantitas sacchari, vel syrupi alicuius tuo proposito apti, sicut Ruellius ad vrinam hominis saniosam facere solebat: vt,

℞. seminis papaueris albi, quatuor seminum frigidorum maiorũ, aut amygdalarum dulciũ an. ℥ ß. terantur in mortario cum aqua decoctionis liquiritiæ quantum sufficit: in colatura dissolue syrupi violati, capilli Veneris, myrtillorũ an. ℥. fiat mulsio pro duab. vicibus, & capiat manè horis iiij. ante prandiolum.

XII. De pvlvere.

PVluis fit ex seminibus, radicibus, & mineralibus contusis leuißimè, & addito saccharo, vt sint magis grati. Et ad plerasque intensiones adhibentur, quarum communißima est post pastum, ad iuuandum concoctionem, vel ad reprimendos vapores qui feruntur in cerebrum, vel ad vtrunque, sicut plerunque fit.

Puluis ad iuuandam concoctionem.

℞. seminis anisi, fœniculi an. ℥ j. semi nis citri, cinamomi, liquiritiæ rasæ an. ℈ j. margaritarum electarum, rasuræ eboris an. ℥ ſ. sacchari rosati quātum sufficit: fiat puluis subtilis, de quo capiat post pastus vnum cochleare.

Qui verò puluis ad reprimendos vapores conficitur, idem etiam valet ad iuuandam concoctionem. vt iste,

℞. coriandri præparati ℥ j. ſ. rasuræ eboris, coralli rubri, cornu cerui vsti an. ℈ j cinamomi ℈ ſ. sacchari rosati quantum sufficit: fiat puluis, qui detur post pastum.

Prosunt etiam ad alia multa, vt lumbricos puerorum, adstrictionem ventriculi & robur, contra pestem, ex materia propria: & tales ante cibum exhibentur vel soli, vel cum vino, vel super testa panis in vino madefacta.

Aliquando etiam dantur ad corroborationem virtutum omnium in febribus malignis, & in magna imbecillitate virium.

℞. rasuræ cornu vnicornis grana iiij. quinque vel sex rasuræ eboris, margaritarum

rum electarum, cornu cerui an. gra. ſex, ſeminis citri, & cardui benedicti an. gra. iiij fiat puluis ſubtilis, qui detur cum aliquo liquore cõueniẽti, vt vino albo, deſtillato reſtauratiuo, aqua ſcabioſæ, aut bugloſſæ, aut alio aliquo ſimili. Tales autem pulueres vt plurimùm dantur circa mediam noctem, aut ſummo manè.

Fiunt autem & pulueres laxatiui, vt eſt diaſenę & diaturbith, & puluis electuarij diacarthami, quibus ſacchari triplũ aut quadruplum addi debet: exhibenturq́ue diſſoluti in decocto pulli, vel liquiritiæ, vel ptiſanæ. Puluerum tamen iſtorum vſus rariſsimus eſt apud practicos.

XIII. De electvario, conserua, lozenga, & manu Chriſti.

ELectuarium ſub duplici forma conſtruitur, ſub liquida, quaſi in formã opiatæ, vel ſolida per tabellas ſeu lozengas, vel in formulas quadratas, oblõgas, quas manus Chriſti vocant.

Dantur autẽ electuaria ad corroborationẽ Hinc ea non abs re tonica dici poſſent, quaſi robur inferẽtia membris, vt-

pote quæ virtutes naturales, vitales & animales roborant.

Si conficiantur ad roborandum facultates naturales, ieiuno ſtomacho exhibentur. Si facultas concoctrix imbecilla ſit ob frigiditatem, poſt cibationem exhibentur. Si verò ob humiditatem cum aliqua ſubſtantia, tunc ante cibationem per horam aut duas horas offeruntur, vt alterent temperaturam, & ſubſtantiam ſiccent alienam. Sed ſi facultas vitalis roboranda ſit, fermè omnib. horis opportunè dantur. Quòd ſi animalē virtutem roborare intendamus, hora ſomni vel media nocte commodè exhibentur.

Formula electuarij liquidi ad robur naturalis facultatis ventriculi debilitatæ ob frigiditatem & humiditatem cum ſubſtantia.

℞. pulueris electuarij aromatici maioris ex deſcriptione Gabrielis ʒ ij. pulueris elect. diacalamēthi ʒ j. diatrionpepereon ℈ ij. conſeruę anthos, id eſt, florum roriſmarini, & roſarum an. ℥ ſ. ſacchari tabarzet ℥ j. ſ. ſyrupi de mentha, quantū ſufficit: fiat electuarium liquidū ad modum

dum opiatæ. Detur ante prãdiolum siue ientaculum per horam aut sesquihoram aut duas horas. Dosis ℥ ß. vel potius ʒ ij.

Electuarium aromaticum rosatũ ieiuno absumit humiditates putridas, pasto roborat virtutem coctricem.

Formula electuarij solidi per lozengas, vel per formulas ad modum manus Christi, ad intemperiem iecoris calidam, & obstructiones eiusdem.

℞. pulueris trium santalorũ ʒ ij. pulueris diarrhodum abbatis ʒ j. conseruæ cichorij & rosarum an. ʒ j.ß. sacchari tabarzet siue albissimi dissoluti in aqua cichorij vel endiuiæ quantum sufficit: fiat electuarium per lozengas ponderis ʒ ij. vel ʒ ij. ß. vel ʒ iij. Capiat vnam ante pastum.

Conseruæ nonnunquam non apponuntur, sed soli pulueres.

Solẽt apothecarij pro vnaquaque drachma pulueris apponere sacchari ℥ j. tamẽ electuarium velis valentius facere, sesquidrachma pulueris legitimè ponitur pro ℥ j. sacchari.

Electuarium ad atram bilem.

Si ventriculus afficitur præsentia atræ

bilis refluentis ad ventriculum, vel iecoris vitio illam multiplicantis, vel lienis morbis, illam nõ excipientis, vt sunt obstructiones, tũc fit electuarium solidum vel ad formam opiatæ cum materialib. sequentibus: exempli gratia,

℞. pulueris electuarij lætificantis Galeni ʒ iij. pulueris electuarij diamargariton calidi ʒ j. (pulueres electuariorum de aromatibus, vel de gemmis, vel diamusci dulcis, vel diambræ possunt poni, cùm eandem facultatẽ habeant) cõseruę buglossæ, & borraginis, & violarum an. ʒ j. ſ. corticis citri conditi ʒ j. sacchari albi dissoluti in aqua buglossæ vel borraginis, quantum sufficit. fiat electuarium per lozengas, vel per morcellos, vel ad formam manus Christi, ponderis ʒ iiij. vel ℥ ſ. Quòd si placeat effingere in formam electuarij liquidi, duplo aut triplo plus conseruarum adijcietur aliquid pulueris sacchari rosati vel albi, vtpote in exemplo prædicto ℥ ij. cum syrupo aliquo humorem atribilarium respicien-te, vt est syrupus de buglossa, borragine, rosarum, scolopendriæ, epithymi, fumiterræ, de quibus adde quantum sufficit

ficit ad interpretationem, vt forma fiat liquida.

Electuarium pro obstructionibus iecoris vel lienis fortibus, à quibus depen det periculum hydropisis, vel quæ iam cachexiam pepererint, fit ex pulueribus electuariorum diagalangæ, diacucumeris, diacapparis, dialaccę, & ex conseruis, quæ si misceri debeant, conserua cichorij commodè miscetur.

Notandum etiam, quòd electuaria fiunt ex trochiscis vel pulueribus trochiscorum respicientium intẽtionem, vt in causa calida trochisci diarrhodõ, trochisci de corallo, trochisci de bolo armeno, de terra sigillata (maximè si adstrictionẽ aliquam quærimus) trochisci de carabe, si sanguinis fluorem adstringere volumus. Si verò apertionem seu obstructionis solutionem in hepate vel liene quęrimus, hanc adipiscimur cum trochiscis de rheubarbaro vel de capparibus.

Electuarium ad virtutem vitalem.

Electuaria virtutem vitalem respicientia, si frigore langueat, possunt fieri ex electuario diambrę, diamusco dulci, electuario de gemmis, aromatico nardino,

aromatico mufcato, aromatico rofato maiore Gabrielis, lætificante Galeni vel Rafis, electuario conciliatoris, confectione alkermes.

Conferuæ ad eandem intentionem funt, conferua rofata, bugloffæ, borraginis, anthos, corticis citri, zinziber conditum, mala citrea condita (aurengia dicunt) & cætera id genus.

Si verò à calido defeffa fit virtus, electuaria rofata nouella, electuariũ trium fantalorum & diarrhodon abbatis, & diamargariton frigidum, & trochifci de camphora vfurpantur.

Conferuæ funt rofarum, violarum, bugloffæ, borraginis, nymphéæ, id eft, nenupharis.

Si tufsis adfit, diatragacanthum frigidum, maximè vbi tenuis & calidus humor fluit: ficut diatragacanthum calidum, & diairis fimplex, vel diairis Salomonis exhibetur, fi humor lẽtus & craffus expectorandus fit, id eft, contentus in pectore excernendus.

Si verò fufpicio fit de venenofa fubftantia, tunc cum pulueribus electuariorum frigidorũ vel calidorũ quæ veneno refi-

reſiſtunt,admiſcemus, vt eſt macis, mu-
ſcus, zedoaria, crocus, cinamomum, xy-
loaloë, in cauſis frigidis. In cauſis verò
calidis vtiliter miſcentur margaritæ, co-
rallum, cryſtallus, roſæ, camphora. In
promiſcuis cauſis, ſeu calidis, ſeu frigi-
dis quadam proprietate corroborant &
tuentur margaritę, ſemē citri, radix tor-
mentillæ, tunici, dictami, os de corde cer
ui vnum numero, vel ſi ponderare vis,
℈ j. vel ʒ ſ. vt exempli gratia in febre pe-
ſtilenti.

Electuarium in febre peſtilenti.

♃. pulueris elect. diamargariton frigi-
li ʒ j. ſ. margaritarum electarum candi-
larum pulueriz atarū in mortario mar-
noreo ℈ j. camphoræ grana ij vel tro-
hiſcorum de camphora ℈ j. vel ℈ ſ. ra-
icis dictami, tormentillę, tunici, & cor-
icis citri an. ℈ j. conſeruę, bugloſſæ, bor-
aginis, nympheæ, roſarum, vnius, dua-
um, vel trium, aut omnium iſtorum ad
uantitatem duarum aut trium drach-
narum. Sacchari albi diſſoluti in aqua
oſarum vel bugloſſæ, vel borraginis
uantum ſufficit. Fiat electuarium per

lozengas, vel poteſt fieri electuarium liquidum modo prædicto.

Electuarium ad animalem facultatem in cauſa calida.

℞. trium ſantalorum, diarrhodon ab batis an. ℈ j. os de corde cerui, vnum nu ſacchari roſati tabulati, vel ſacchari alb diſſoluti in aqua roſarum, quantum ſu ficit. fiat electuarium deauratum cum folijs auri puriſsimi ponderis ʒ ſ.

Fiunt & electuaria laxatiua ad omnes ſuperfluitates & morbos, vt ſimul cum euacuatione roborem⁹, exempli gratia ad morbos chronicos ex pituita vel len tis humoribus tuſsim excitantibus.

Electuarium ad morbos pectoris, & ad tuſsim.

℞. caſsiæ recentis & paſſatæ per ſeta ceum ad vaporem aquæ calidæ ʒ ij. ſ. dia carthami ℥ vj. penidiarum recentium & diairis ſimplicis an. ʒ ſ. conſeruæ vio larum ℥ iij. aniſi dulcis pulverizati, pul ueris liquiritiæ an. ℥ ſ. ſyrupi violat quantum ſufficit. fiat electuarium liqui dum ad formam opiatæ. Doſis eſt ʒ j. ve ℥ x. vel ad ſummum ʒ ſ. quæ exhiberi p teſt ante prandiolum per horam aut ſe

quiho

quihoram ipſam deglutiendo, vel etiam ante prâdiolum per quatuor horas propter diacarthami quod diagredion recipit, quod non conuenienter cibis præponitur. Item poteſt diſſolui in decocto pulli, vel in ptiſana, vel in colatura communi pectorali, & fiat potus exhibendus per quatuor aut quinque horas ante paſtum. Exhibitionis autem modos præſcribes pro natura & conditione ægri.

Electuaria autem talia per lozengas ſeu bolos fiũt ex medicinis laxatiuis grati guſtus, quæ & in puluerem redigi poſſunt, quorum formæ & modi ſunt requirendi ex receptis diacarthami & electuarij de ſucco roſarum: ad quorum ſimilitudinem alia effingi poſſunt noſtro propoſito ſeruientia.

IIII. De condito, & conſerua.

Condita, ſicut & electuaria, fiunt ad virium & primitiuorum membrorum robur, quæ potiùs reſpiciunt ſubſtãtiam ſpiritalem, quàm carniformem aut ſolidam, niſi quatenus imbecillitas virium

ſequitur inſtrumentarios morbos ipſarum: quare conualeſcentibus maximè accommodantur.

Conditum ad omnium virium roborationem.

♃.conſeruæ anthos, id eſt, roriſmarini, conſeruæ borraginis, bugloſſę, capilli Veneris, & cichorij an. ℥ ij. corticis citri conditi ℥ j. ſ. pulueris electuarij pliriſſarcoticon, pulueris electuarij ducis, diarrhodon abbatis, & triaſantali an. ℥ ſ. folia auri ſex num ſacchari albi quantum ſufficit. fiat conditum.

Ex ijſdem autem pulueribus electuariorum fit conditum ſolidum in hunc modum. ♃. pulueris elect. pliriſſarcoticon, pulueris dianthos, pulueris ducis, diarrhodon abbatis, triaſantali an. ℈ ij. conſeruæ roſarum & cichorij an. ℥ j. ſ. ſacchari albi diſſoluti in aqua roſarum quantum ſufficit. fiat electuarium per lozengas ſeu morſellos ad modum manus Chriſti ponderis ℥ ij.

Conſimili proportione poſſunt fieri condita vel electuaria ad vnamquanque virtutis roborationem: vt (exempli gratia) vbi ſolùm vitalis imbecilla fuerit, tunc electuaria & conſeruas hanc reſpi-

entes

cientes ponam, calidas vel frigidas, prout desiderat propria intemperies, vel eius causa.

Electuaria calida, facultatem vitalem respicientia.

Electuarium
- Diambra.
- Diamargariton calidum.
- Diamuscum amarum.
- Diamuscum dulce.
- De gemmis.
- Lætificans Galeni.

Electuaria frigida.

Electuarium
- Diamargariton frigidum.
- Diarrhodon abbatis, quod est temperatum.
- Diatrion santalon.

Conseruæ vtranq; intemperiem respicientes.

Conseruæ
- Rosarum,
- Borraginis,
- Buglossæ,
- Violarum.

Conseruæ frigidæ.

Conserua nymphææ, violarum.

Condita calida, vitalem facultatem respicientia.

Cortex citri conditus, qui in vtraq; causa exhiberi potest.

Confectio de cinamomo.
Confectio de xyloaloê.
Confectio alkermes, quæ familiaris est medicis Montispessulani.
Zinziber conditum.
Pyra condita.
Poma condita, & sic de aliјs.

Electuaria calida ad virtutem animalem.

Plirissarcoticon.
Dianthos.
Diamuscum dulce & amarum.
Mithridatum & Theriaca opiatæ sunt.

Conseruæ calidæ animalem virtutem respicientes.

Conserua anthos.
Acori.
Item opiatæ ferè omnes, vt Mithridatũ, Theriaca, & aurea Alexandrina.

Electuaria calida ad virtutem naturalem.

Diacalamenthum,
Diacuminum,
Diatrionpepereon.
Aromaticum rosatum maioris descriptionis Gabrielis.
Diarrhodon abbatis, quod temperatum est, & in vtraque causa opportunum.

Diai-

Diairis Salomonis, siue simplex.
Dialacca, & diacurcuma, quæ valent ad oppilationes iecoris & ad hydropen.

Conseruæ calidæ, quæ facultatem naturalem potissimum respiciunt.

Conserua eryngiorum.
Conserua satyrij.
Zinziber conditum.
Cortex citri conditus.
Carnes cydoniorum conditæ.
Pira condita, & similia.

Electuaria frigida.

Triasantali.
Diatragacanthum frigidum.
Diarrhodon abbatis.
Diamargariton frigidum.

Conseruæ frigidæ.

Conserua { Violarum. Cichorij. Nymphææ.

Conditum ad calidam intemperiem totius venenosi generis.

℞. pulueris elect. trium santalorum ℥ ij. pulueris diamargariton frigidi & diarrhodon abbatis an. ℈ ij. cōseruę cichorij & violarum an. ℥ j. ß. sacchari albi dissoluti in aqua endiuiæ vel cichorij

vel rosarum, quantum sufficit. fiat conditũ per lozengas ponderis ʒ ij. vel ʒ iij.

Aliud ad eandem intemperiem.

℞. conseruæ cichorij, violarum nymphææ, buglossæ an. ʒ ij. ſ. conseruæ rosarum ʒ j. ſ. pulueris triasantali & diamargariton frigidi an. ℈ iiij. foliorum auri per lectulos positorum 8. nu. sacchari albi quantum sufficit. fiat conditum. Dosis cochlear vnum argenteum.

Nonnulli in his conditis, vbi suspicio est venenositatis cuiusdã, vt in pestilentibus febribus, vel in deliquiosis seu syncophantibus, addunt de semine citri, semine cardui benedicti, de radice dictami, & tormentillæ, & pro diuitibus de rasura cornu vnicornis, quanuis apud authores mentio nulla de ea sit, sed solùm opinione vulgi vincit: vt (exempli gratia) in prædicto cõdito subtracta aliquota portione electuariorum prædictorũ, vtputa sub tripla parte, aut sub quadrupla, sic scribi potest. Seminis cardui benedicti, seminis citri, radicis dictami & tormentillæ an ℈ j. vel ʒ ſ. ex his duę aut tres solùm addi debent.

Præterea electuarijs & conditis trochisci

chiſci adduntur, vt exempli gratia pro fluore ſiſtẽdo, trochiſcos diacoralli, diarrhodon, de terra ſigillata, de bolo armenio, de carabe. Et pro cordis ſeruanda temperie trochiſci de camphora. De quibus quantitas ponitur æqualis quantitati pulueris electuariorum, quando ſaccharum non admittunt.

XV. De pasta regia, sive *Mazapane.*

PAſta regia confectio eſt apud neotericos ſub hoc nomine vſurpata, quę potiſsimùm ordinatur ad morbos pectoris, vel ad macilentiæ cauſas profligandas. Cuius ſequitur formula ad ambas cauſas, ſcilicet morbos pectoris pulmoniſq́;, & macilentiam.

℞. amygdalarum dulcium decorticatarum ℥ iij. pinearum recentium mundatarum & temperatarum per horas decem in aqua ſcabioſa, vel enulæ campanæ, vel aliqua huic propoſito apta, ℥ ſ. piſtaciorum recentium mundatorum & temperatorum per vnũ diem in aliqua aquarum prædictarum ℥ j. amyli, dia-

canthi, gummi arabici an. ʒ ſ. pulpæ dactylorum, ſebeſten, paſſularũ de Damaſco, vnius aut plurium ex iſtis vnciæ vnius quantitatem, ſacchari albi diſſoluti in aqua fontis, vel roſarum, vel enulæ, quantum ſufficit: fiat paſta regia, quæ in formam placentulæ aut per bolos incidatur. Ponuntur etiam aliquando ſemina frigida maiora decorticata.

XVI. De lohot, sive *Eclegmate.*

Lohot medicamentum eſt ad morbos pulmonis & pectoris, pura ad dyſpnœas, apnœas, anhelationes, ſuſpirationes, tuſſes, ſiue per defluxionem alicuius ſubſtantiæ humidę, vt ſunt catarrhi, prout ſæpius accidunt, ſeu per cõgeſtionem ſuboriantur.

Lohot ad pituitam impactam lentam & craſſam.

♃. elect. diairis Salomonis & diairis ſimplicis an. ʒ vj. lohot de pino ℥ j. conſeruæ enulę campanę ℥ ſ. oxymelitis ſcillitici quantum ſufficit: fiat lohot, quo vtatur æger cum baculo liquiritiæ, paulatim deglutiendo ſiue lambendo.

Si verò opus ſit maiori deterſione quã inciſione, detergentium quantitatem augebis, & pro oxymelite ſcillitico ſyrupũ de liquiritia, aut iuiubis, aut de praſſio, aut de hyſſopo pones. Syrupum enim de hyſſopo putant nonnulli abſterſiuum eſſe, ſolùm ob dictum Auicennæ, quod à veritate eſt alienum, vt Meſue declarat.

Lohot compoſitum, lohot de pino, lohot de caulibus ſanum & expertum, lohot de ſcilla per ſe commodè adminiſtratur, vbi tamen febris adeſt vt in pleuritide, ad expectorationem cauſæ materialis, quę in fluxu eſt, partim verò iã defluxæ, lohot in hãc formã conſtruimus.

Lohot in principio pleuritidis, vbi materia fluit.

℞ elect. diatragacanthi frigidi ℥ x. penidiarum recentium, pilularũ albarum an. ℥ iij. ſyrupi violati, aut de iuiubis, aut amborum, quantum ſufficit: fiat lohot, quo vtatur cũ baculo liquiritię paulatim deglutiendo. Si verò materia partim fluxa eſt, partim fluens, vtriq; conſulens, facies lohot in hunc modum,

℞. electuar. diairis ſimplicis ℥ j. diatra-

gacanthi frigidi ʒ vj. penidiarum recentium ℥ iij. syrupi de iuiubis vel hyssopo, prout magis putaueris intendere materiæ iam fluxæ vel fluenti. fiat lohot.

Fit etiam lohot ad defluxiones calidas & acutas siue erodentes, tussim excitantes, vt caliditas & erosio humoris obtundantur, tenuitas verò & subtilitas ipsius incrassetur, & partes subiectæ ad quas fit fluxio, tutę à nocumento reddantur. vt, exempli gratia,

℞ elect. diatragacanthi frigidi ℥ j. boli armeni loti in aqua rosarum ʒ ij. trochiscorum de terra sigillata ℈ ij. syrupi de papauere quantum sufficit: fiat lohot. Loco diatragacanthi potest poni diapapauer, vel æqualiter de vtroque: item trochisci de carabe, in quibus ingreditur aliquid opij, addi possunt, modò nulla adsit circumstantia, ex qua opium suspectum esset.

Dantur ista lohot ad phthisim hora somni, electuarium diapapaueris, lohot de papauere, pilulæ ad omnes morbos catarrhi Mesue ad hos vsus, horis ijsdem & ad eandem intentionem admisceantur.

XVII.

XVII. De balneo et semicupio.

BAlnei vſus, qui apud antiquos frequentiſsimus erat, nunc rarus eſt, nec eo, niſi in quibuſdam morbis vtimur, vt in arthritide vniuerſali, in paralyſi, in febribus hecticis.

Sed ad arthritidem quidem & ad paralyſin balnea naturalia magis cõueniũt: in quorum tamen penuria, parare poſſumus artificialia, incoquendo in aqua herbas, radices, ſemina, flores, & metallica etiam nonnulla, ſicut morbus præſens exigere videbitur.

Semicupium verò, quod Latini inceſſum vocant, eſt balneum particulare, quod accommodatur nephriticis, colicis, iliácis dolorib⁹, modò ex apoſtemate non oriantur. Prodeſt & ad morbos vteri: nam ad prouocãdos menſes, intemperaturasq́ vteri corrigendas conueniens eſt præſidium.

Formula ſemicupij pro dolore nephritico, vbi emollitionem & dilationem meatuum, & doloris ſedationem quærimus.

℞. radicum altheæ ℥ iiij. foliorũ mal-

uæ,bismaluæ, parietariæ, florum camomillæ, meliloti, summitatum anethi an m.ij.origani, calamẽthi, betonicæ, abrotoni an. m. j. seminis lini, fœniculi an. ℥ ij. furfuris macri p.iiij. Repone omnia in sacculo, & fiat coctio in sufficienti quantitate aquæ, pro semicupio.

Nota quòd nephriticus etiam sine clystere prius iniecto balneũ ingredi potest.

Aliud semicupium.

Si colicus dolor vel nephriticus videatur esse à ventositate plurima, vel ab humore frigido, qui calefactione & attenuatione siue incisione egere videatur, sic fiet semicupium,

℞. origani, calamenthi, summitatum anethi, camomillæ an. m. iiij. fœnigræci, carui, anisi, fœniculi an. ℥ ij. baccarũ lauri ℥ ſ. quòd si implexi fuerint affectus vel causæ affectuum plures, adijcere poteris de medicamẽtis proposito tuo idoneis, vt si mollitione sit opus, de folijs maluæ, bismaluæ, parietariæ, violariæ.

Si incisio aliqua necessaria iudicetur, aut apertio meatuum, adde radicis asparagi, brusci, apij, quæ omnia inclusa sacculo coquuntur ad semicupiũ. Similiter

ad

ad muliebria prouocanda fiunt inſeſſus ſeu ſemicupia, impoſitis medicamentis ad menſes prouocandos idoneis, vt artemiſia, ſabina, marrubium, nepita, cyperus, grana iuniperi, quæ omnia ad m. ij. poni poſſunt.

XVIII. De epithemate, *ſiue fotu.*

EPithema fit ad multas intentiones, & primò ad iecoris intemperiem calidam corrigendam, cuius forma ſit hæc:

℞. aquarum endiuiæ, cichorij, roſarum, ſolatri an. ℥ iij. aceti ℥ j. pulueris elect. triaſantali ʒ ij. ſiue ʒ j. ſ. miſce pro epithemate iecoris cum filtro, vel petia linea, vel panno, vel ſpongia infuſa in prædicto liquore, & admota iecori ante paſtum per horam vel ſeſquihoram.

Fit etiam ad eandem intentionem ex decoctis herbarum conſimilium aquis prædictis.

Si verò adſunt obſtructiones iecoris cum intemperie eius calida, hoc modo fit epithema.

℞. cichorij cũ toto, id eſt, radice & herba: endiuiæ nouellæ, agrimoniæ, quod eupatorium eſt, an. m. j. florum cichorij p. j. quatuor ſeminum frigidorum maiorum & minorum an ℥ ſ. cyperi ʒ ij. lupinorum ʒ iij. omnium ſantalorum an. ʒ j. ſquinanthæ ʒ. ſ. ſummitatum abſinthij m. ſ. fiat ſacculus, & decoquatur in quatuor partibus aquæ & vna vini cum tantillo aceti vnico feruore in vaſe terreo operto, & fiat fomentum more prædicto.

Valet multùm tale epithema in morbis ab oppilatione pendentibus: & accidentia ab oppilatione pendentia, vt eſt fluor, qui dicitur hepaticus, qui vt plurimùm periodicus eſt.

Item ad cachexias, quas iecoris intemperies cum obſtructionibus parit.

Item ad initia ſcirrhorum, cui etiam, ſi ſcirrhus ſe prodiderit, relaxantia cum emollientibus addi poſſunt.

Fiunt etiam epithemata pro ventriculo ad plures intentiones.

Primùm ad illius robur, ne recipiat ſuperfluitates aliunde miſſas, & tunc cũ ſtipticis fiunt.

Secun-

Secundò ad eius intemperiem corrigendam.

Tertiò ad dolores eius ſedandos, quæ nunc fiunt pro natura & conditione cauſarum dolorificarum, debita conſeruata contrarietatis lege, prout cauſa quæque flagitat.

Forma primæ intentionis, vt ventriculus à defluxu vindicetur, & tutus euadat, & ne inflammationem vel abſceſſum patiatur.

℞. roſarum rubrarum p. ij. arnogloſſe, plantaginis, an. m. ſ. ſummitatum abſinthij m. j. tertiã partem, omnium ſantalorum an. ℥ ij. coralli rubri ℥ iij. Reponantur omnia in ſacculo, & fiat decoctio in ſufficienti quantitate aquæ cum pauxillo aceti, cui etiã aliquid vini ſubalbri addi poteſt, & fiat fomentum. Corallum quamuis achymum ſit, attamen non abs re ponitur in decocto, cùm tota ſua proprietate ad omnes morbos ventriculi conducat, ergo potius pulueriza- debebit.

Epithemata ad alias intentiónes ex proprijs medicinis deſcribi poſſunt, ſecundum formam propoſiti epithematis.

Ventriculo etiam ex oleo fiunt epithemata, vt oleo rosarum, camomillæ, absinthij, masticthes, myrti.

Notandum quòd in omnibus epithematis, ad quamcunq; intentionem dirigantur, aliqua immiscenda sunt, quæ essentiam & robur membri, cui admouentur, conseruent, quemadmodum in medicamentis intro sumptis obseruãdum vbiq; iubet Galenus.

Sunt autẽ epithemata & fotus idem. Aliqui tamen distinguunt, dicentes, epithemata dici tantùm eum fotum, qui constat ex aquis destillatis & pulueribus simul mixtis: fotum autem dici generaliùs omnẽ, qui ex decocto quarumcunq; herbarum & radicum fit.

XIX. De sacculo.

SAcculi ijsdem de causis adhibentur, ob quas & fotus fiunt. Continent autem herbas, flores, & semina, & alia quædam. Admouentur autem vel sicci, vel aliquo humore madefacti. Sicci seminib. & herbis potissimùm constant. Madidi prius cõprimendi sunt, quàm lóco admoueantur.

Sacculus ſiccus ad colicam ventoſam vel tympanitem.

℞. milij vſtulati p. iiij. orobi, furfuris [m]acri an. p. ij. florum camomillæ, ſum[m]itatum anethi an. p. j cumini, carui an. ij. baccarum lauri ℥ iij. fiant duo ſaccu[li] interbaſtati ſiue inſuti inter duas te[la]s cum baſtituris magnitudinis compe[te]ntis, vt totum ventrẽ comprehendere [p]oſsint, qui viciſsim & alternatim calidi [v]entri adhibeantur

[S]acculus humidus ad humoris crudi coctionem, mollitionem, diſcußionem.

℞. florum camomillæ p. ij. ſummitatũ [a]nethi, meliloti, origani an. p. j. fœnigræ [c], ſeminis lini, an. ℥ j. foliorum maluæ, [alth]æ, maluæ, violariæ an. m. ſ. fiat ſacculus, [ve]l fiant ſacculi duo, qui coquantur in [aq]ua vel lacte vaccino, & ex decocto fiat [fo]mentum cum ſpongia vel filtro vel [pa]nnis, vel ſacculi duo alternatim locis [d]olentibus apponantur.

Secundum hanc formã ad ſcirrhos & [du]rities ſacculi applicantur ex partim [em]ollientib. & partim diſcutientibus, au[cti]s viribus vel emollientium, vel diſcu[tie]ntium, prout cauſa duritiẽ faciens in[dic]abit.

XX. De scvto.

SCuta pro ſtomacho dantur, propter eaſdem cauſas ob quas vnguenta & epithemata fiunt. Sæpiùs tamen ad aliquam ventriculi intemperiem corrigendam, & ad robur illi addendum ex pulueribus ſiccorũ medicamentorum conficiuntur.

Porrò vices ſupplent vnguentorum vel emplaſtrorum, quando propter eorum tædium patientes ea aſpernantur.

Scutum contra intemperiem ventriculi frigidam cum aliqua ſubſtantia & ventoſitatibus.

℞. menthæ, ſambuci, abſinthij, ſuccorum an. p.j. vel ℥ j.ſ. caryophyllorũ, galangæ, xyloaloës an. ℈ ij. cumini, coralli rubri an. ℥ j. fiat puluis, ex quo fit ſcutũ cum pauca bombace interbaſtatum inter duas ſyndones, cum baſtituris & ligis vt decet. Appendatur ſtomacho euerſum.

Pulueres non debent excedere ſeſquiunciam ad ſummum, ſæpè ſufficit ℥ j. vel ʒ vj.

XXI. De

XXI. De cataplasmate.

CAtaplasmata fiunt ex herbis, radicibus, seminibus, farinis coctis in aqua vel lacte, mox additis axungijs, vel oleis, prout res efflagitat.

Fiunt autem cataplasmata ad varias intentiones. Quandoque ad doloris sedationem, quandoque ad resolutionem, quandoque ad maturationem, quandoque ad remollitionem duritiei, quandoque ad consumptionem & exiccationem humorum & vaporum.

In promiscuis autem affectibus etiam promiscuæ intentiones in cataplasmate commiscentur, vt remollientia cum discutientibus, & discutientia cum sedantibus dolorem, prout exempla sequentia demonstrabunt.

Cataplasma in ædemate, in quo necessaria est remollitio cum discußione, seu vt dicunt, resolutione, & doloris sedatione.

℞. foliorum maluæ, bismaluæ, violariæ, an. m. j. vel m. ß. radicis altheæ, radicis liliorum alborum, radicis ireos an. ℥ ß. vel ℥ j. florum camomillæ, meliloti, & summitatum anethi an. p. j. seminis lini,

fœnigræci, vel potes dicere farinæ ſeminis lini, farinæ ſeminis fœnigręci, farinę hordei an. ℥ ſ. vel ℥ j. vel etiã mẽſurari poteſt per pugillum. cumini ℥ j. baccarum lauri ℥ ij. croci ℈ j. vel ℥ ſ. axũgiæ anatis, anſeris, medullæ crurum vitulorum, butyri recentis, olei liliorum, olei irini an. quantum ſufficit. fiat cataplaſma.

In hoc cataplaſmate tres intentiones comprehenduntur, remollitio, diſcuſſio, & doloris ſedatio, vt ex materialibus ipſum componentibus cognoſci poteſt.

Quãtitas remollientiũ maior eſſe debet, ſi magis remollitionis neceſsitas nobis inſinuata fuerit: & diſcutiẽtium maior quantitas, ſi diſcuſsio maior faciẽda eſt. Similiter & de doloris ſedatione.

Ergo in principio œdematis, vt in principio cuiuſcunque abſceſſus, aliquid repercuſsiuum, quo particula cõfortetur, cum emollientibus miſcendum eſt.

In augmenti principio, plus ręmollientium, minus diſcutientium.

In fine augmenti & ſtatu morbi, æqualiter de vtriſque.

In declinatione verò, quaſi purè diſcutientia & reſoluentia ponenda ſunt.

In

In præſenti forma cataplaſmatis nil ſtipticum admotum eſt, quæ tamen apponenda erunt ſtiptica, in principio fluxionis admouere oportebit.

Quæ autem medicinæ ſunt quę ſtipticitate polleant, & membri confortationem efficiant, quæ item molliant & diſcutiant, ſunt ex tabulis authorum quærendæ, vt Arnaldi & Sauanorolæ.

Fiunt etiam cataplaſmata ſine oleis & axungiȷs, vt eſt cataplaſma illud vulgatiſsimum ex mica panis remollita in lacte bubulo, & parùm incocta, cui vitelli ouorum nonnunquam miſcentur cum pauxillo croci, vt granis decem vel duodecim: & eſt cataplaſma, quo ſæpè vtimur in doloribus podagricis.

XXII. De emplastro.

EMplaſtra inſtituuntur ad varias intentiones, eorum autem cõmunis eſt forma tam medicis quàm chirurgis.

Fiunt ex gũmis, oleis, axungiȷs, & medicinis ſiccis permixtis cum aliqua portione ceræ ſufficienti, vel etiam ſine cera, ſi modò materialia poſſunt per ſe inſpiſſari & coaleſcere.

Applicantur autem emplaſtra omnibus partibus, ſed maximè ventriculo, ob eaſdem cauſas, ob quas vnguenta, cataplaſmata, & ſcuta ordinantur.

Emplaſtrum pro ſtomacho laborante intemperie frigida ob fluxionem frigidæ ſubſtantiæ.

℞. cerati ſtomachi confortatiui Galeni ℥ ij. galangæ, caryophyllorum, xyloaloës, coralli rubri an. ʒ ſ. ceræ diſſolutæ pilo in oleo maſtiches vel abſinthij, quãtum ſufficit, ſimul malaxãdo. Fiat magdaleo, ex quo fiat emplaſtrum extenſum ſupra alutam ad formam ſcuti duplicata ſyndone cum baſtituris & ligis, vt decet.

Poteſt etiam fieri ex ſimplicibus emplaſtrum ad prędictas intentiones ad hunc modum.

℞. ladani depurati ʒ vj. maſtiches ʒ ij. thuris ʒ j. coriandri præparati, coralli rubei, menthæ ſiccę, galangæ an. ℈ ij. xyloaloës, macis an. ʒ ſ. terebinthinæ ʒ ij. ceræ diſſolutę cum oleo nardi, vel abſinthij, vel maſtiches, vel roſarum, vel ex duobus aut tribus ex iſtis quantum ſufficit, fiat maſſa, quæ extendatur ſupra alutam,

lutam, ad formã ſcuti duplicata ſyndone cum baſtituris & ligis, & fiat ſcutum pro ſtomacho, vt decet.

Mone apothecariũ, vt diſſoluat gummi cum vino & oleo, deinde reliqua miſceat extra ignem.

Ceratum ſtomachi cõfortatiuum Galeni, fit ex roſis, abſinthio, maſtiche, ſpica nardi, cera, oleo roſato.

In cauſis calidis & vomitibus bilioſis, ſimilis formæ fiunt ſcuta ex frigidis ſimplicibus, vt eſt myrtus, coriandrum, corallum, maſtiche, quæ temperata eſt, pſidiæ, balauſtia, item oleis, vt roſato, myrtino, cydoniorum, maſtiches.

Fiunt & pro iecore emplaſtra pro ſedanda qualibet eius intemperie, ſoluendis obſtructionibus, & corroboratione.

Emplaſtrum ad calidam intemperiem iecinoris.

℞. cerati ſantalini ℥ ij. carnis cydoniorum ℥ j. maſtiches ℥ ſ. coralli ʒ j. ceræ diſſolutæ cum oleo roſarum quantum ſufficit: fiat maſſa, quæ extendatur ſupra aptam ad formam lunæ creſcentis duplicata ſyndone cum ligis, vt decet. Applicetur hepati.

Fiunt & emplastra doloris sedatiua, & partim maturatiua apostematū, partim resolutiua: vt exempli causa,

℞. mucilaginis seminis altheæ, fœnigræci & seminis lini an. ℥ iij. farinæ hordei ℥ iiij. olei liliorum alborum, pinguedinis gallinæ an. ℥ ij. ſ. butyri ℥ j. croci ℈ j. vitellos ouorum numero ij. Coquātur mucilagines lento igne cum farina, ponendo vitellos ouorum in fine. Lenit enim & maturat omnia apostemata mista ex materia calida & frigida, & sedat eorum dolorem, in quacunq; parte corporis fuerint.

Si vis facere ipsum appropriatum ad omnia apostemata frigida, tūc adde ammoniaci, bdellij, storacis liquidæ an. ℥ j. & erit efficacissimum.

XXIII. De vngvento.

VNguenta, quantum ad medicum spectat, fiunt ad dolores sedandos, alterationem præstandam, scirrhorum remollitionem, & discussionē, præsertim in iecore, liene, & ventriculo. Aliarum etiam intentionum causa, & ad alia ab istis

iſtis membra chirurgica ratione fiunt, quorum formæ ex antidotarijs petendæ ſunt.

Vnguentum ad dolorem ventriculi ſedandum ex cauſa frigida cum præſentia alicuius ſubſtantiæ conſimilis.

℞. olei maſtichini, nardini, abſinthij an ℥ ſ. caryophyllorum, xyloaloês, macis, calami aromatici an. ℈ j. gallæ moſchatæ ʒ j. vel ʒ j. ſ. ſi ſit diues, quia cara eſt, ceræ nouæ, quantum ſufficit. fiat vnguentũ pro ſtomacho & ſcutũ cum bombace cum ligis, vt decet, quod apponatur ſupra ſtomachum poſt vnctionem.

Vnguentum ad dolorem ventriculi ſedandum à cauſa calida ortum, vt à fluxu bilis, qui ſæpè accidit febribus.

℞. olei roſati ℥ j. olei myrtillorum vel cydoniorum ℥ ſ. ſantali albi & rubei an. ℈ ij. vel ʒ ſ. ceræ nouæ lotæ in aqua endiuiæ vel roſarum, quantum ſufficit: fiat vnguentum pro ſtomacho.

Item fiat ſcutum ex bombace, quod apponatur ſtomacho poſt vnctionem.

In vnguentis non tranſcendimus ℥ j.

Notandum eſt, quòd aliqui lauant olea cum ſucco vel aqua deſtillationis

herbarum frigidarum in cauſa calida, vel calidarum in frigida.

Aduertendum præterea nõnullos putare nulla vnguenta vel cerata ſtomacho admouenda ſine galanga, vt neq; cordi ſine mace vel croco, vel cerebro ſine ſpica arabica, vel iecori ſine ſpodio, vel ſantalo, vel abſinthio, vel aliquo ſimili, rectè putantes membri naturam ſemper ſeruandum eſſe adſtringentibus, non tamen ſemper prænominatis medicamentis. Nam ſeruanda eſt in omnibus cauſis contrarietatis lex, quæ in medicamentis violatur, ſi galanga forma prę ſcripta adderetur, quia galãga calida eſt. Siquidem roboratur ſatis natura ventriculi ex ſtipticis compoſitionem prædicti vnguenti ingredientibus, quòd ſcilicet mediocriter temperata ſint in caliditáte, vt ex eorum natura patet.

Vnguentum ad ſcirrhos iecoris vel lienis, quibus hæc duo membra maximè ſunt obnoxia.

℞. radicis altheæ, radicis liliorum alborum an. ℥ j. foliorum maluæ, biſmaluæ, violariæ an. m. j. florum camomillæ, meliloti, ſummitatum anethi an. m. ſ. farinæ

rinæ fœnigræci, farinæ ſeminis lini an. ℥ j. gummi ammoniaci, vulgò ſerapini ℥ j. bdellij mollis & ſubalbidi ℥ ſ. terebinthinæ ʒ iij. gummi pini ℥ ſ. ſtoracis liquidæ ʒ ij. vel ʒ iij. medullæ crurum vituli vel ceruι, ſi haberi poteſt, axungiæ anatis & gallinæ, olei amygdalarum dulcium & irini an. ℥ j ſ. vel an. quantum ſufficit. Diſſolue gummi cum vino & pauxillo aceti, & prædictis oleis addatur cera noua quantum ſufficit. Mox axungijs, dictis pulueribus ſeu farinis ſeu herbis prius coctis & piſtatis, omnia miſceantur, & fiat vnguentum.

In præſcripta formula plura emolliunt quàm diſcutiunt, quia materia ſcirrhi id poſtulat primùm.

Si accommodes prædictum vnguentum ſcirrho iecoris, aliquid de comis abſinthij, de roſis, de ſquinantho, vel de ſpica nardi addi poteſt ad membri naturam & robur ſeruandum.

Si lieni, aliquid tamaricis corticis, radicis capparis, aut ſimiliũ miſcere potes.

Si verò ſcirrho ventriculi, abſinthiũ, roſæ rubræ, calamus aromaticus, mentha & galanga addi poſſunt.

XXIIII. De linimento.

Linimenta ſunt vnguenta mollia & liquida, quæ parùm aut nihil ceræ recipiunt, fiuntq́ similiter ad eoſdem vſus, ad quos vnguenta.

Linimentum ad molliendum & ſedandum dolorem, vt in pleuritide.

℞ olei camomillæ, axungiæ capi an. ℥ ſ butyri recentis ſine ſale ʒ ij modicum ceræ lotæ: fiat linimentum.

XXV. De frontali.

Frontale ſeu ſplenium fit ad dolores capitis anteriores ſedandos, vel ad ſomnum conciliandum.

Ad capitis dolores ſedandos ex intemperie calida, vt in febrib. ſæpè contingit.

Item à cauſis frigidis fit frontale, vt Galeno placet, ex roſis rubeis in aceto maceratis, poſitis interdum inter duas telas latitudinis trium digitorũ, & longitudinis ab vna aure ad alteram: vel fit ad eandem intentionem in hunc modum.

℞. roſarum rubrarum p. j. ſ. florum nym-

nymphææ, violarum an. p j. betonicæ, meliloti an. p. ſ. ponantur omnia inter duas ſyndones, ſi patiẽs ſit diues, vel inter duas telas, ſi ſit pauper, & fiat frontale interſutum, vt decet pro frõte & temporibus.

Si verò ſomnum conciliare volueris, adde dicto frontali folia lactucæ vel paueris albi recentis, vel mandragoræ locis & temporibus, quib. haberi poſſunt, ſed parùm ex iſtis frigidis.

Omni autem tempore ſemina papaueris albi, vel cortex capitum papaueris albi, vel ſemen lactucæ, vel ſemen iuſquiami imponuntur. vt exempli gratia,

♃. florum nymphææ, violarũ, & meliloti an. p. j. florum lactucæ vel papaueris albi an. m. vnius partem tertiam, vel alterius ipſorum m. ſ. ſeminis papaueris albi ℥ ij. ſeminis lactucę, ſeminis anethi, ſeminis hyoſcyami albi an. ℥ ſ. Contundantur omnia, & fiat frontale inter telas vel ſyndones cum baſtituris & ligis vt decet.

Prædicto frontali melilotum & ſemẽ anethi adduntur ad confortandum cerebrum, & vt à frigidis non lædatur.

In cephalalgijs à cauſa frigida fiunt frontalia ex herbis & floribus calidis, vt ſaluia, roremarino, camomilla, betonica, bryonia, meliloto, & ſimilibus.

Frontalia antequam fronti adhibeantur, aliquo liquore perfundi ſolent, vel vapore aliquo ſuffiri. vt exempli gratia,

℞. aquarum roſarũ, betonicæ, & meliſſæ an. ℥ j. aceti ℥ ſ. miſce. ex prædictis aquis aliquota portio effundatur ſuper tegulam ardentem vel aliquid ſimile. Euaporetur prędictum frontale ad vaporem prædictarum aquarum.

Illinuntur fronti multa ad eaſdem intentiones, ad quas frontalia fiunt, vt in cauſa calida vnguentum populeum, rubea trochiſcata diſſoluta in aqua conueniente intentioni: quæ tamen in raro eſt vſu apud Pariſienſes.

In cauſa autem frigida mithridatium vetus pleriſque illinitur, & aurea Alexandrina, & ſimilia.

In omnibus cauſis vtiliſsimè, Galeno 12. therapeutices teſte, oxyrhodinum illinitur, quod fit ex oleo roſaceo & ſextupla parte aceti. vt exempli gratia,

℞. olei roſati ℥ j. aceti ℥ ij. miſce agitando

do in phiala: vel ſic in cauſis calidioribus, vbi ad præcautionem nephreniticus effectus oriatur, frigidiora admiſcemus in hunc modum.

℞.olei roſati ℥ j.olei nenupharis ℥ ſ.olei papaueris ℨ iij.ſucci ſolatri, vel lactucæ, vel papaueris albi, aquæ roſatæ, aceti an.℥ ſ.miſce, agitando in phiala diutiſsimè. Liniatur pars anterior capitis, imò totum caput, ſi cerebrum inflammationem ſenſerit.

XXVI. De cvcvfa, et *ſemicucufa.*

CVcufa fit pro cephalalgijs, id eſt, doloribus capitis, potiſsimùm frigidis, & nonnunquam ad catarrhos ſiſtēdos: exempli gratia,

℞.ſampſuci, id eſt, maioranæ, roriſmarini, vtriuſque ſtœchados, arabicæ & citrinæ, an.p.j.roſarum rubrarũ p.j.ſ corticis citri ſicci, granorum alkermes an.ℨ ij. macis, piperis longi, cubebarum, caryophyllorum an.ℨ ſ.fiat puluis, ex quo cucufa fiat inter duas ſyndones cũ pauca bombace interbaſtata, vel cũ tormen-

to ſiue bourra vulgò, vel raſura ſquarlatæ, ſeu panni coccinei, ad formã & menſuram datam.

Quòd ſi dolor decumbat plus in anteriorem partem, plus puluerũ ſiue ſpecierum erit ponendum in ea parte. Similiter ſi in poſteriori, & æqualiter in toto capite, ſit cephalgia.

Semicucuſa verò dicitur, quando vni tantùm parti prouidemus.

Si verò catarrhos ſiſtere volumus, tũc ſtiptica miſcemus, vel ex purè ſtipticis cucuſam facimus, frigidis vel calidis prout cauſa poſtulat.

Ergo cõponimus cucuſam cum milio vſtulato vel non vſtulato, mirtis, nucib. cupreſsi, ſandaracha, vulgò vernice, cortice thuris, & ſimilibus ſtipticis.

XXVII. De svffitv.

SVffitus fiunt ex rebus ſiccis ad ſiſtẽdas deſtillationes, quæ è cerebro decumbunt in partes ſubiectas: & fiunt ex medicamentis adſtringentibus vt,

℞. roſarũ rubrarum p. j. maſtiches ʒ ſ. vernicis ʒ j. miſce: fiat ſuffit⁹ capitis. vel,

℞. milij

℞. milij p. j. rosarum rubrarum p. ſ. vernicis, olibani an. ℥ ſ. miſce pro ſuffitu capitis.

Nota, quòd vbi deſtillatio decũbit in pulmones, & ſputa inde ſequuntur, non eſt ſuffitus accipiendus per os, quoniã nimis conſtringit anhelitum, & impedit expuitionem, incraſſando humores. Sed debent tantùm ſuffiri tegumenta capitis, vel lana, quæ capiti ſuperponatur.

XXVIII. De collyrio.

Collyrium eſt medicamentum in forma liquida, quod adhibetur ad ſanãdos oculos.

Quare cùm varia ſint oculorum mala, fiunt etiam collyria diuerſis modis. Alia enim ophthalmię principio conueniunt, alia in ſtatu, alia autem in declinatione, quemadmodum & in reliquarum particularum inflammationibus.

In principio igitur debent fieri ex repercutientibus frigidis & ſtipticis, vt albumine oui, mucilaginibus ſeminis cydoniorum, & pſyllij, & reliquis eiuſdem facultatis, vel ſolis, vel dilutis cum aquis conuenientibus, vt,

Collyrium in principio ophthalmiæ.

℞. albumen vnius oui, agitetur cum aqua rosarum, vel plantaginis, vel melissæ, vel omnibus his, & fiat collyrium, quod iniiciatur intra oculum dolentem. vel,

℞. mucilaginis seminis cydoniorum extractæ cum aqua plantaginis vel rosarum ℥ j. misceatur cum albumine oui, multùm agitãdo cum spatula, & fiat collyrium.

Quòd si dolor non est in oculo nec rubor, sed sordes tantùm quę siccari debet, conuenient collyria ex tutia præparata, & aloë lota, & lapide calaminari & reliquis similibus, quæ excipi debent cum aliquo liquore conuenienti, nisi malis pulueres ipsos siccos imponere oculo, sic enim magis sordes extergent & desiccant.

XXIX. De nasali, sive *errhino.*

INiiciuntur intra nares medicamenta ad multas intentiones, vt ad sistẽdum profluuium sanguinis è naribus, ad mouendas

uendas ſternutationes, vt in prouocatione partus, vel eductione ſecundarum poſt partum retentarum, præterea ad expurgationem cerebri.

Id autem fieri poteſt per varias formas, vt per pulueres ſiccos, qui intra nares inſufflantur, vel per liquida, quibus nares inunguntur, vel per ſolidiora corpora, quæ intra ipſas immittuntur.

Naſalia ad ſiſtendum profluuium ſanguinis per nares.

℞. pilos qui ſunt in ventre leporis p. ſ. anuginis ſalicis p. ſ. boli armeni & ſanuinis draconis puluerizatorum an. ℨ j. ncidantur pili minutiſsimè, & miſce ſimul omnia, quæ inſufflentur intra nares, vel diſſoluantur ea omnia cum aliua aqua ſtiptica, vel cum ſucco alicuius erbæ, vel cum albumine oui, additis eam ſi velis balauſtijs, vel malicurio, vel cacia puluerizatis, & cum panno lineo ant naſalia, quæ in prædictis medicaentis intincta, indantur intra nares.

Naſalia ad ſternutationes excitandas.

Excitantur ſternutamenta ex ſiccis lueribus inſpiratis, qui acres ſint &

mordicãtes, quales sunt piper, pyrethrũ, staphis agria, radix ireos puluerizata.

Eadem materialia possunt excipi aliquo liquore & iungi naribus, vel cũ panno aut serico contorto immitti intra vnam narem, vel intra ambas.

XXX. De apophlegmatismis.

APophlegmatismi sunt medicamenta, quæ ex cerebro pituitam in os prouocant.

Valent ad vacuandum cerebrum. In crebro vsu est mastix, quę diu detenta in ore, & masticata pituitam elicit.

Item saluia, cuius folia in ore detenta, similiter pituitam euacuant per os.

Item noduli ex pyrethro, pipere, staphide agria, radice ireos & panacis, contenti in ore.

Prætereagargarismata ex ijsdem medicamentis composita.

Fiunt etiam ex ijsdem rebus vnguenta quibus palatum illinitur. Illa enim calore suo & acrimonia pituitam attrahũt per colatorium palati.

XXXI.

XXXI. Destillatvm restauratiuum.

Fiũt destillata ad virium robur sustentandum, ægro iam debili existente nec potente concoquere solidius alimẽtum.

Sunt aũt mixti generis, scilicet partim alimenta, & partim medicamenta.

Componũtur autem ad varias intentiones.

Alia enim adstringũt, vt in profluuiis alui: alia alterant, vt quæ in febribus ad refrigerandum dãtur, aut in morbis frigidis ad calefaciendum: alia verò venenis & malignitati humorum resistunt, vt in febribus pestilentialibus. Fiunt autem hoc modo.

Destillatum restauratiuum adstringens.

℞. conseruarum cichorij, rosarũ symphyti, cornelorum & miuæ cydoniorũ an. ℥ ij. pulueris elect. diarrhodon abbatis, triasantali an. ʒ ij. trochiscorum de carabe, de berberis, & de terra sigillata an. ℥ ß. coralli rubri, lapidis hæmatidis an. ʒ j. aquæ decoctionis caponis vnius, vel duorum alteratorũ cum plantagine, centinodia, thapso barbato, lactuca, se-

mine berberis, ſumach, & omphacio, lb
viij. Repone omnia in alembico cum ca
nibus duorum pullorum, vel duarum
perdicum, vel duarum turturum, vel v
nius caponis, vel plurium ex his, & cum
mica vnius panis albi vel duorum pa
num madefactorũ in aqua roſarum: fia
deſtillatio in balneo mariæ, lento igne.

℞. prædictæ deſtillationis lb. ſ. ſucc
mali granati ℥ j. vel ℥ j. ſ. ſacchari roſati ℥
ij. cinamomi electi ʒ. paſſentur per ma
nicam Hippocratis: vtatur æger omni
hora.

Deſtillatum reſtaurantium refrigerans.

Quòd ſi vis facere deſtillatum quod
vim habeat refrigerandi, ſeruata eadem
compoſitionis ratione pro conſeruis adſtringentib. addes refrigerantes, vt conſeruam nymphææ, violarum, roſarum, cichorij, meliſſæ, & ſimiliter electuaria frigida, vt diamargaritõ fridum, & trochiſcos de camphora, & alterabitur decoctio carniũ cum lactuca, acetoſa, portulaca, ſcariola atq; ſimilibus.

Deſtillatum reſtaurantium ad febres malignas & peſtilentiales.

℞. conſeruarum violarum, nenupharis,

ris, melissæ, borraginis, & buglossæ an. ℥ j. corticis citri conditi ℥ j. radicis dictami & tormentillæ, rad angelicæ, rad. gentianæ, an. ℥ ſ. pulueris elect. diamargariton frigidi, omnium ſantalorum, boli armeni, trochiſcorum de camphora, ligni aloës an. ℨ ij. raſuræ eboris, cornu cerui, macis, cinamomi, caryophyllorum, ſeminis cardui benedicti an. ℨ j. theriaces veteris ℨ iij. aquæ decoctionis duorum pullorum, vel caponum alterorum cum acetoſa, ſcabioſa, lactuca, borragine, bugloſſa quart. ℨ. Repone omnia in alembico vitreo cum carnibus quibuſdam, & cum micis duabus panũ laborum in vino albo infuſis. Fiat deſtillatio lento igne, vt decet.

℞. prædictæ deſtillationis lb. ſ. ſyrupi e acetoſitate citri ℥ ij. miſce. Vtatur ęger omni hora.

F I N I S.

DOCTRINAE ET PRAECEPTA QVAEDAM EX PROBATISSIMIS QVIBVSQVE MEDICIS desumpta.

Quæ debeat præscire optimus medicus.

QVia vbi desinit physicus, ibi medicus incipit: & coniunctio physices & medicinæ erit necessaria.

Proinde medicus antequam ad subiectam sibi materiam, corpus & temperamentum scilicet hominis veniat, cogitur præscire cum physico elementa esse quatuor, ex quibus omnia perfecta corpora, quale hominis, componuntur: ignem calidum & siccum, aërem humidum & calidum, duo leuia: aquam humidam & frigidam, terram frigidam & siccam, alia duo grauia.

Dehinc ex illis fieri quatuor qualitates tangibiles, calidum quod eiusdem naturæ congregat, & diuersæ segregat: frigidum, quod dissimilia congregat: humidum & siccum.

Tertiò

Tertiò, hinc progreditur ad mixtionem eorum, vnde temperamentum qualitatum fit in aliqua ſpecie, vel in toto eius corpore, vel in aliqua parte, & hinc facilè ad temperatum deſcendet, ſi compoſitio lędatur, ſi ſoluatur, ſi corpus vel pars, vel membrum calidius, ſiccius, humidius, frigidius ſolito, vel præter naturam compoſiti: tunc enim quandam in elementis cognoſcit ſeditionem: quæ ſi non componatur aut refrenetur, conijcit adfore corporis detrimentum, vel magnum vel minus, prout à pace & concordia & ab impoſita temperati lege receſſerint, & ex prædominante & diſsidente qualitate. iam præuidet vtcunque cauſam diſsidij. Adijcit poſtea conſiderationem quatuor humorum, qui in corpore humano ſunt, quiq; niſi ex prædictorum elementorum qualitatibus dignoſci poſſent: nã bilis flaua, igni, calida et humida, ſanguis aëri reſpondet: pituita aquæ: atra bilis terrę. Quos poſtea conſiderat vt naturales & non naturales, per ſe & per accidens, & alios ſimiles excrementorum loco, foras extra corpus mittendos: quales, pituita narium, aquoſa,

mucosa, vitrea, gypsea, vrinam, sudores, deiectiones, excrementa cutis. Deinceps cōsiderat per partes corpus, & per membra facultates, actiones, spiritus. Atq; ita suo subiecto corporis cognito, transfert cogitationem ad ea, quæ hoc corpus conseruare sanum, quæve lædere possunt extrinsecus, & aliunde, quàm ex harmonia & dissidentia intrinseca. Considerat itaque aërem ambiētem, cibum, potum, quietem, somnum, vigiliam, repletionem, inanitionem, animi affectus: quas nos in quinque contraximus morborum causas: nam eadem considerantur & pro sanitate confirmanda, & pro morborum causis dignoscendis.

Quartò postquam hæc nouit generaliter, peruenit ad rem propiùs, nempe ad indiuiduum considerādum, in quo obseruat morbum cuiusmodi sit, causas, & symptomata.

Et ita quintò ratiocinatur apud se, ex præteritorum cognitione, præsentium inspectione, futurorumq; præsagio, quid sibi de hoc morbo vel corpore præsenti conseruando videatur: hîc crises, & dies decretorios obseruat, si curabilem ægritudi-

udinem videat. Postremo loco, à ratio-
inatione ad factum venit, & incipit o-
pem adferre: vel ex victus præscriptione
seu diæta, vel pharmacis, vel manu ipsa:
n diæta, habet ministros coquos: in
harmacis, seplasiarios, herbarios phar-
nacopolas: in manu, chirurgos: si mor-
em inferat, vespillones. Mallem ego ex-
ertis credere, quàm bene ratiocinanti-
us. Neque satis laudare possum institu-
um Babyloniorum, qui nullos habebāt
rofessione medicos, sed suos ægrotos
n forum efferebant, vt viri, qui eos adi-
ent consilium darent, hortarentúrque
d ea, quæ ipsi faciendo effugissent simi-
m morbum, aut alium nouissent effu-
sse: nec fas erat, quenquam ægrotum
étio preterire: vt ait Herodo. in 1. Stra-
o in 16. Atque eundē morem seruatum
Hispania apud Basteianos, & apud Ae-
yptios, idem Strabo tradit lib. 3. quam-
s postea Aegyptijs singulorum mor-
orum facti fuerint singuli medici, teste
erodo. in 2. Refert autem Suidas, dum
Ezechia agit, olim fuisse in vestibulo
mpli Salomonis librum remediorum
iusuis morbi, inscissum, quem reuul-
X fit

ſit Ezechias rex Hieroſolymorum, quod
populus neglecto Deo, nec inuocato, ſa
nationem malorum inde peteret.

De morborum cauſis.

PRobus medicus, qui ex arte curat, ma
ximum fecerit, ſi poſsit conſequi mor
borum cauſas & origines, vt eò reſtitua
naturam, quam læſam videt, vnde re
ceſsit, & remedia conuenientia adferat.
Itaque mihi videntur quinque cauſa
morborum in ſumma eſſe: prima, De
voluntas: ſecunda, animus, tertia aer
quarta, alimenta: 5. motus. Nec ſum ign
rus alio modo medicos tradere ſex cau
ſas alterare corp⁹ noſtrum extrinſecus
apud Gale. in Iſagogicis, & lib. de ſalubr
bus, & commen. 2. in Hipocratem de hu
mana natura: eas tamen & ad has con
traxi & alias addidi.
Diuinitus & ſupernaturali cauſa, ob
peccata & ſcelera hominum à Deo in vi
dictam immittuntur morbi, quorum
ignorantur à medicis ſępius cura & cau-
ſa medica.
Qui delinquit in conſpectu eius qu
fecit

ecit eum, incidet in manus medici. Ecclesi. c. 38. Et Dominus noster Iesus Christus in Euang. D. Ioan c. 5. Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne peius tibi contingat.

Misit Dominus vlcera & vesicas turgentes in Aegyptios contumaces, Exodi 9. & 1. Reg. 5. Percussit Dominus Philisthæos detinentes arcam fœderis, in secretiore parte natium. & Herodem phthiriasi, cum non daret gloriam Deo, Actuum 12. Immisit Deus pestem ob peccatũ Dauid, quod numerasset populũ 2. Reg. 24. Sic dextera Hieroboam subitò exaruit, quòd Dei prophetam iussisset apprehendi 3. Reg. 13. Lepra Naami adhæsit Gehezi, ob eius peccatum & posteris eius, 4. Reg. 5. Oziæ regi statim orta lepra in fronte, quòd sibi vsurpasset officium sacerdotis in adolendo incenso 2. Paralip. 26. & Maria soror Mosis apparuit è vestigio leprosa, ob murmurationem in Mosen, Nume. 12. Vnde factus mutus & paralyticus Heliodorus expolians templum sanctum, 2. Machab. c. 3. quàm à Deo? ab eodem & squamæ oculis D. Pauli Actuum cap. 9. & cæcitas Elimæ magi,

Actuum 13. Hinc mutus Zacharias, ca. 1. Lucæ.

Mittuntur & ægritudines in probationem piorum, & ad exemplum aliorum: ſicuti percuſſus Iob plaga magna, vt teſta raderet ſaniem, Iob ca. 2. Tobias cæcus factus, cap. 2. Tob. Datus ſtimulus carnis D. Paulo, qui illum colaphizaret, 2. Corinth. c. 12.

Sed hoc cõfeſsi ſunt principes medicinæ, à Deo (vocabant ipſi Deos) immitti morbos, nec ab alijs quã ab ijſdẽ petẽda auxilia, vt Hipocrates lib. de inſom. lib. de probitate honeſtatéve Celſus in prologo ſuæ medicinæ, & Homerus de peſte in 1. Iliade.

Quamobrem & medicinã à Deo pendere & ſalutis poteſtatem, vt quando illi libuerit, poſsit conferre, nemo ambiget. Sicut ex prædictis ſacris exemplis, Maria ſoror Moſis, Hieroboam, Heliodorus, Paulus, Zacharias, conuerſi ad dominũ, ſanati ſunt, & Tobias, & Iob, & Ezechias, 4. Reg. 20. c. & Eſaiæ 38.

D. Iacobus hunc modum medicinæ, orationem ad Deum dicit, vt oratio fidei ſanat infirmũ. Epiſt. c. 5. Exhibuitq́ue

ſuffi-

ſufficiens Deus Dominus documẽtum, cùm nobiſcum conuerſatus, tot ægros ſanauit, mortuos ſuſcitauit, & incurabiles morbos verbo ſolo curauit, vt paſſim in libris Euangelij legitur: ſicut & dedit poteſtatem curandi omnes infirmitates apoſtolis, fidelibusq; Chriſtianis in nomine ſuo, Matth. 10. Mar. 3. & 16. Actuum 5. & cap. 28. Lucæ 10.

FINIS.

Errata.

Pag. 6. lin. 13. triplicia. 120. 26. iſta fiat. 27. ibidem illa fiat.

x. 33. + 174. 259. + 379.

INDEX RERVM AC VERBORVM.

A.

Labia-

INDEX.

Oßium

FINIS.

3.750

℔ — 12 ℥
℥ — 8 ʒ
ʒ — iij ℈
℈ — 20 gr.